Necessarium quidem erat Hebreos sacros aut[em] dientes libros non solis literis adhucere, sed ad reconditos eis prophetias respicere, per quas magnum Deum & salvatorem generis humani Iesum Christum aduocant. Sed etiam si intensitas semper ipsos interpretationibus tradentes à retra v[er]o nunc aberraverint gloria, tamen certare ad iniuciem discentes ipsos, non sustinuimus sine iudicio eis relinquere tumultū. Per has omnes ipsorum que nobis addicte sunt ap[er]tore v[er]o otio, dicimus quod quidem solam habentes, Hebraicam vocem, & ipsa v[er]i in sacrorum librorum lectione volunt, ac Graecā tradere dignantur, & multum dudum tempus per hoc adiuncitem commouentur. Nos igitur, huiusmodi discentes meliores iudicauimus esse & Graecā vocem ad sacrorum librorum lectionem tradere volentes, & vocem omnem simpliciter, quam locus aptiore & magis cognitā audientibus facit.

CAP. I.

Sancimus igitur licentiam esse volentibus Hebreis per synagogas suas, in quocunque Hebreis

D E S A M A R I T A N I S .

TIT. XXVI.

N O V E L L A C O N S T I T U T I . C X L I V .

P R A E F A T I O .

VT impiam Samaritanorū heresim, & omni ratione carentem horum vesaniam ad meliorem frangere perduceremus, neque non ipsorum animas, quo detinentur morbo, liberaremus: s[ed] numerotam plenissimam p[re]ceptem pater nost[er], quam etiam nos ipsi studio habemus. Sed in plerisque horū non poterimus id, in quo[rum] logo budis iudebūimus, et ceteris

omnino loco sunt, per Græcam vocem sacerdos liberos legere convenientibus, vel etiam patria forè (italica hac dicimus) lingua, vel etiam aliquam simpliciter, vna scilicet cum locis etiam lingua comuta, & per ipsorum lectionem, per quam clara sunt quæ dicuntur, convenientibus omnibus omissis deinceps, & secundum hæc viuere & conuersari nequæ sit locum esse his qui apud eos sunt expositori, solam Hebreacum tradentibus, malignari hanc quemadmodum voluerint, multorum ignorantia tam ipsorum abundantes malam confitendum. Veruntamen hi qui per Græcam legunt, sepiusq; viuantur traditione, quæ omnibus ceterior est, & præ aliis melior iuicata, præcipue propter quod circa interpretationem contigit, quia & per diuos diuersi, & per diuersas interpretationes loca eamnam tradiderunt omnes compositionem.

¶ Ad hunc vero quis non horum virorum & illud admiratur, quia multo antiquiores salutari apparitione magni Del & salvatoris nostri Iesu Christi constituti, tamen illam futuram, tamque videntes, factorum librorum traditionem secerunt, tamquam prophetæ gratia circumfulgentem eos & hæc quidem viuantur præcipue omnes. Sed, on tamen tanquam eis residuas excludere sanctineras interpretationes, licetiam danus & Aquila vñ, eti alienæ tribus ille, & non competentem in aliquibus sermonibus habet cum septuaginta interpretatione dissonantiam. Eam vero quæ ab eis dicitur secunda editio, interdicimus omnimodo, ut pote fa crisi non conjungam libris neque desuper traditam de prophetis, sed in uentionem constitutam virorum ex sola loquentium terra, & diuinum in ipsis habentium nihil. Et ipsas ergo sacras voces legamus, codices ipsos resuantes, sed non abscondentes, quidem quæ per eos dicta sunt, exterioribus vero traditis sine scriptis vanae videntes, ad simpliciorem per ipsos excogitatis perditionem. Ut haec data à nobis licentia, neque dannis aliquibus subiiciantur omnino qui Græcam vocem & alias tradant, neque ab alio quouis prohibeantur. Neque licentia habebunt hi qui ab eis maiores omnibus Artificeris aut presbyteri, forsan vel magistri appellantur, perinde aliquibus aut anathematisimi hoc prohibere, nisi velint propter hos castigari corporis penitentias, & insuper priuationem facultatum nolentes sustinere, meliora vero & Deo amabiliora voluntibus nobis & iubentibus.

C A P. II.

Si quidam vero apud eos atheos vanæ nouæ vocis eloquio inserere præsumperint, aut resurrectionem & iudicium negare, aut facturam Dei & creaturam angelos sumi stetere, nos & expelli volumus loco omnino, & non relinqui vocem blasphemie, & ita à Dei simul lapsam notitia, præsentem enim eos assari aliquid huiusmodi, vñiusmodi subditur suppliciis, illato errore ex hoc ludorum emendantes genem.

C A P. III.

Oramus vero eos, aut per istam, aut per illam Orlingam sacerdos libros audientes, seruare quidem interpretantium malignitatem, non solas vero considerare literas, sed rebus reſici, & diuinum veritatem intellectum accipere vt & redoceri quod melius est, & quiescere aliquando errantes & in hoc ipso quod est omnium x̄xi p̄t̄z̄z̄o pecantes, in Deum spem dicimus. Propterea enim omnem eis vocem aperi mus ad sacerdotum librorum lectionem, vt omnes de extero eorum accipientes scientiam doctores ad melius fiant, te confessi constituta, paratiore multo ad discretionem esse, & ad melioris intentionem, sacerdos innuitum libris, & parum quod desi habentem ad emendationem quam scientem quidem horum nihil, soli vero cultus inchoatum nomine, & tanquam anchora retinens sacerdos, & doctrinam plam heresis appellationem esse putantem.

E P I L O G U S.

364

¶ Quæ igitur nobis placuerunt & per hanc præsentem plam legem declarata sunt, custodierit quidem tua gloria & quod tibi obtemperat officium. Seruabit, & pro tempore qui in eodem cingulo ordinabitur, & non permitte omniis Hebreos præter hæc facere, sed insisteret & prohibetur omnino, nisi corporalibus primum penitentias subiiciens, exilium incolere compellet, auferens & bona, & non simili ipsi contra Dñm, sed & imperium auferit in surgatur, vietur autem & receptionibus ad prouinciarum præfides, præcipiens ipsi nostram legem, vt & ipsi hanc discentes, proponant per civitatem viuam quaque scientes, quod hæc obseruari fuerit Datum VI. id. Febru. Constantinop. D.N. Iustin. PP. Ang. anno. xxv. post Basilij V.C. Consulatum anno xii.

D E R E L I Q V I S P U B L I C I S N O N
exigendis & de discussione diuersarum
actionum.

T I T. XXIX.

N O V E L L A C O N S T I T. C X L V I I .

Idem August. Aribinde P.P.

P RÆFATI O.

Etsi expensam multam nunc supra quam alidinis præbitione beneficite accipienti Dei, & ad augmentum rationem super impolos expugnati barbaros, omnem tamen prouidemus viam, vt & ex parte non prohibeant, & nulla misericordia species circa subiectos nostros relinquantur. Quia igitur singulis interpellantibus nobis & debita prætentibus publica & inopiam redditionis, preparare renumeramus, & qualiter nullus miserere poterit sine actu a nostra recessit facie hoc dicere non nostrum est, his que pro his scripta sunt & ipsi qui remuneraciones accepert, attestantibus nobis. Sed quia modicum & imperio indignum est singulis interpellantibus proprias aliquorū munerationes facere aut etiam usque ad ciuitates solas aut in solas prouincias nostram extendere misericordiam, & non magnum aliquid & commune de omnibus subiectis facere.

C A P. I.

Propter hoc ad præsentes nostras venimus donationes, per quas facimus dimittit omnibusnotris subiectis reliqua omnino debita à præterito circulo primæ indictionis & eius, & in qua precedentes nostras conclusivas donationes, usque ad huc currentem septuaginta indictionem & ipsam: vt sint viginti duo anni continui in nostris subiectis à nobis factæ largitatis, & nulla reliqua exigere ex illo relata tempore. Hæc vero dicimus non in his que in auro solum, sed etiam si argenteum aut triticum aut quædam alia species debita sit, & hoc quidem si quod subiectis debitum sit, sine ab Illyrica prefectoria, aut sacerdotum nostrorum thesaurorum, sine pro fructibus sue pro residuis titulis quomodocumque inferendis ab eis. In commune enim omnibus notris subiectis hanc nostram largitatem concedimus, vt nemo pro temporibus illis super eos reliquam inducat, qualcumque faciles reliquias exactiones, sive ab ipsis destinatis cingulatis, qualitercumque publicanus perfonam sibi vindicantis, sive aliqua inferent præcepta aut deputationes: quoniam quidem & his qui huiusmodi quid accepert, & tanto contineat non exigere tempore, contra subiectos nostros auferimus exactionem. Insuper & contra ipsum publicum, qui tam debet continuè tantum,

vel

D E I N D U L G E N T I A R E L I Q V I S
sum publicorum.

366

T I T. XXX.
N O V E L L A C O N S T I T. C X L V I I I .

Ant. Cent. Interprete.

P RÆFATI O.

Quædam circa communia rerum statim ex proprieatis nostri imperij fecimus prouidentiam & studium, tradita nobis ex Deo recipiēt curam gerentes, ex his que iam fecimus, manifestum fecimus valueris. Nam publicum debitum multis prægratuum inuenientes & ad ultimam penuriam repellimus, in nosmetiplos suscepimus donationibus, onere simul & difficultate multa lubeantes illud, & rem militarem diffuentem iusta necessariorum penuria, ita ut respublica barbarorum insulibus & incurvis immensis peccum dare, secundum quod nobis sicut possibile, competenti correctione sumus dignati: quin nec usque ad hæc & sola oportere existimamus circa subiectos stare auxilium, sed & cuiusdam alterius participes facere humanioris sententia subditos lege iuslatus opus effe, liberos ipsis his que ab ipsis debentur debitum publicis facientes.

C A P. I.

Communem igitur & hanc nostram beneficentiam in omnes subiectos extendentes, indulgimus superioris temporis usque ad octauam indictionem, & ipsam præfatis cyclis debito subiectis publico: & facimus nullam exactionem fieri eorum qui in reliquis debentur usque ad dictam indictionem, sive generali sive speciale mensuræ glorie hæc recipiant, sive cingulum sacrum apud Illyrios prætoriorum, sive glorioissimum Iustiniani præfecti corum qui in Myzia & Sychia sunt, militares numeri, sive sacerdotum nostrorum thesaurorum, sive sacratissimi nostri ararij, sive sacri patrimonij, sive magnificestissimi curatoris domorum. Sed omne quicquid tam in auro quam argento & ceteris speciebus debitum sit, id omnibus debentibus indulgetur, ita ut neque coloni neque conductores, neque emphyteutes, neque ceteri pollestores exigant debita publico reliqua, eorum quæ à prædicta indictione fluxerunt & ipsa temporum.

C A P. II.

Exicipimus autem ab hac nostra largitate militares & sacerdaticas discussiones. Ipsas enim subiectos neque omnino contingere accidit, præter eos quidem solos, qui sibi ex publico pecunias erogatas, in lucrum proprium conferunt. Item ea que militaris ordinibus vel federatice deputata sunt à publico, & que apud dictos hypodescas, vel exactores aut delegatores, sive in auro sive in argento & in aliis que in specie conferuntur, inveniuntur à subiectis soluta, exigentur & ipsa & soluentur quibus competens est prædictorum notariorum cingulorum. Ad eundem vero modum & alios omnes qui accepert à nostris subiectis aurum vel aliud quid ex dictis à nobis indictionibus & hoc non depoferunt in publicum, sive deponit competens erat, exicipimus à præsentis nostra donatione, vt illud in publicum aut his quibus congruit, solvatur. Subiectorum enim misericordias, praesenti eos dignati sumus humanitate. Sed neque eos qui apud se publicas suscepimus pecunias, priuare vero publicum volunt, sive illos ad quos destinati erant. Perspicuum autem est, quod si quidam hanc nostram præsentientes insufficientem super indultis reliquis, per aliquam machinationem, à subiectis cautientur, aut sicut sibi fiduciiones accepert, aut in propria transulerint debita, vel aliud quid in fraudem iuslaciendi mediatis esse aut seculse deprehendantur.

E P I L O G U S.

¶ Quæ igitur placuerunt nobis, & per hanc sacerdotem declarantur legem, ea studio tua excellentia ad opus adduci, & seruari festinet. Datum prid. Halid. Constantinop. D.N. Iustiniani PP. A. ann. xxviii. post consulatum Basilij v. Canno III.

D E I N D U L G E N T I A R E L I Q V I S
sum publicorum.

nihil ex his utilitatis habebunt, reddent vero causiones his à quibus receperunt ipsas. Omnes autem gratias Deo & nobis confitebuntur: alij quidem quia debentes reliqua, indulgentia & humanitate dignati sunt, alij vero quia nihil reliquorum nomine debentes, liberati sunt sollicitudine, suscepitorum gratia custodia, ne hi quibus accidit sepe, pro hisdem inquietari temporibus, rufus tanquam quibus suto propria iugatio intercederit, ad solendum prestat esse debeat visque ad octauam indictionem habentes securitatem, ut in omnes reuera præsens nostra distribuatur donatio.

E P I L O G V S.

¶ Quæ igitur sanctæ sunt à nobis & per hanc nostram pragmaticam legem manifestata, tua gloria literis vfa, per hanc regiam vibem omnibus manifesta constituit. Datum Constantinop. Dñi Iustiniani PP. Augusti anno xix. post consulatum Basilij v. Canno mii.

V T D E I A M A N T I S S I M I . E P I S C O P I . cùm prouinciarū indigenis & incolis, quos sibi Præsides esse velint, eos sibi à sacraficiis. Principe concedi petant, siue gratis præsides fiant: vt tamē qui in præsidem petitur, idoneè siccō caput, ut præsidem petere disulerint, vt tum aduersus cum quibz ipsi præses missus fuerit, quodcumque etiam occasione publicorum tributorum fecerit, querelam institueret nequeant.

T I T . X X I .

N O V E L L A C O N S T I T . C X L I X .**P R A E F A T I O .**

Dum respublica à Deo nobis data curam gerimus, similiq; ut subditi nostri in omnibus iustitia bono fruuntur, operam damus, hoc unum nobis inde ab initio propositum, ut quicquid antea imperfectum & confunditum fuisse, id & corrigemus, & vnde perfectum exhibemus. Anxia itaque reputatione habita, quomodo & siccō & subditi illi & indemnes permaneant, animadquerimus nos facile id conjecturos, si efficieremus ut prouinciarū præsides, vbi magistratus gratis suscepimus, siè siccō capiissent, in omnibus recte ac legitimè magistratu fungentur: ita vt ab omni iniustitia, quæf, aliquoquin turpidine atque re veritate abstinerent.

C A P . I .

Ne igitur peregrini aliqui in prouincias se in genentes, illarū iniuria afficiant, nosque crebris adversus illos interpellationibus instituendis molestias sustineamus: hortamur cuiusque prouincie sanctissimos episcopos, eisque qui ex indigenis & incolis primas tenent, vt per communem libellum suppliæm de tñ ad nostram potentiem referant, quos idoneos esse ad prouincias sive gubernationem existimant. His enim magistratus insignia gratis tradituri sumus: amem vñ publicum & siccō canem se illatorū caueant, atque nihil contra leges se exaturos, neque eniq; quam collatorum illarū, illi, datis sponsoribus promittant, se annonis contentos publicorum tributorum exactioris acerbis in aitionibus auro, neque inde quicquam luci ablauros, oportebit vero etiam nihilominus illorū, coniectis in lege oculis, quibusunque litigatoriis qualitatem atque iusticiam tribue, & ne sumptibus ac longinquitate temporis alterantur, ciò illos dirimere, et eos qui deliquerint, in ius rapere, & secundum legem portas illis infigere: denique in omnibus iustitiam exhibere.

C A P . II .

AC sancè non hisce solis hæc præcipimus, vt remetiam cuiusque magistratus assessoribus, aliisque quicunque magistratibus subseruant, Nam si quis illorum aut in publicorum tributorum exactione negligenter se gesserit: aut collatores nostros damnis contumeliosive oblationibus involuerit, simul bonis exciderit, simul summo subiicit supplicio. Eteoin. Deo auspice hoc unum nobis studio est, vt prouinciaz bonis legibus regantur, tuioque habentur, atque præsidium iustitia inferantur. Impossibile enim est, vt sacris tribulis non illarū, alioquin respublika conserueretur. Militias nanque copiaz, assignato sibi salario inde pcepto, holiibus resiliuntur, collatores a barbarorum incursionibus & truculentia vindicant: denique agros arque ciuitates à latronum altoque modo incompositam vitam sectantur, vi & irruptionibus agendis excubis defendunt: ex illis etiam reliqua cohortes ea quæ ipsi attributa sunt, accipiuntur atque ciuitates idem inserviantur: publicarum balnearium hæc calefactiones procedunt: postremo spectacula, aliaque omnia quæ ad deleationem subditorum inventa sunt, ex iisdem curantur: quæ ab illis contribuuntur, partim in ipsis partim propter ipsos infumantur & impendantur: nobis autem profus nihil inde præter istarum rerum curas habere contingit, non tamen eas mercede vacuas, quoniam magnus ille Deus, & Servator noster Iesus Christus, magnitudine clementia sua permulcens propter hoc nos bonis remunetur.

C A P . III .

His itaque omnibus prouincialibus hominibus velut praeciso à nobis denunciatis, & quanta nostra sit erga subditos benevolentia & liberalitas per hoc ostento, magis propitium ac benignum Deum habuit sumus, qui tantopere nequid detrimenti subditi capiant, curesum. Si vero hoc nostrum beneficium consecuti, in præsidum electione, opinione, atque spe fruenterit, neminem propter seipso culpare poterit. Neque etiam si hoc eligere, & ad nos referre disulerint, vlo amplius iure de iis qui hinc in prouincias emittentur, si propter publicorum tributorum collectionem nihil non fecerint, querimoniam instituent: neque vero nos vt de his non adeant, eisque deferant, dehinc sustinemus. Qui enim facultatem eligendi præsides à nobis ceperunt, vt illi gratis magistratus suscepimus publica tributa inferent, ipsiæ ab illis nulla iniuria afficerent, si hi in illorum electione negligenter veratæ fuerint, permittentur, illis nulla modo erit vt de ipsis conquerantur, nosque illos delatari audent, atque molestiam exhibant. Exterum nullus omnino in perfoluendis que ipsi incumbunt publicis tributis, villa dilatatione vti poterit, non sacra domus, non sanctissima ecclesia, non pius pauperum receptaculum aut monasterium, non denique clarus aut obscurus quicquam. Neque vero eos qui rem publicam administrant, neque quos εχλιπτορες vocant, neque etiam alios quibus publicum contributionum cura incumbunt, pericolo quod hinc existere possit, eximimus. Quæ enim in communè omnibus conducunt, illorum qui in fiscalim improbi esse velint, iniulio proposito anteferimus.

E P I L O G V S .

¶ Ut autem quæ pulchritè à nobis proponuntur, omnibus manifesta fiant: ubemus, vt tua excellētia hoc præsens sacrum edictum per felicem hanc vibem & in prouincias, conspicuis in quaue ciuitate locis proponat: quod neminem ratio, qua siccō subditorumque indemnitat consulari à nobis screniss, adjungent lateat. Datum xv. Kal. Febr. Constant. Imper. Dñi Iustin. PP. Aug. anno xxi. post Conf. eiusdem anno mii.

D E E A Q V A E R A P T O R I .
Iuo nubit.

T I T . X X I I .

N O V E L L A C O N S T I T . C L .

Professis constitutio confirmat pogenas in constitutione ipsam precedente predicas. Iubet enim, ne puella rapum passa, raptori suo nubat. Sin vero hoc fecerit: non succedit ei, cuiuscunque tandem facte aut exiit sit. Nam si ipsi coniuncta non fuerit: caput omnia bona eius. Si parens consenserit rapum passa filia sua, vt raptori suo compulet: imittere in exilium. Si mortuus est non probito consensu, tunc raptoris bona confiscatur, videlicet cum neçari sint eiulindri nuptiæ, si de duō raptori suo rapum passa puella copuletur.

N E D E C V R I O A V T . C O H O R T A .
Ita perducatur in ius, sistatur judicis iusionem principis, qui insinuat præfecti.

T I T . X X I I I .

N O V E L L A C O N S T I T . C L I .

Impr. Iustinianus. Augusti. Aetabulo prætorium prefec.

P R A E F A T I O .

Syggessio nobis per epistolam glorie tuæ facta. Est, quæ dicit, non ex viu esse, vt decuriones aut cohortales, cùm publico priuatore cum ipsi iure agendum est, ad diuersa iudicia, vel ad hanc aliam perducantur vibem, vel in alias mittantur prouincias, se penumero autem sacras nosbras præteri iusiones, quæ id velint, petrificare vt sacra pragmaticea forma prohibetur ne quis cohortalium aut decurionum iudicij causa vel ex alia in alia prouinciam duceretur, vel ad hanc vñque regiam pertraheretur vibem, si vero sacra de hoc componantur formæ: vt hæc prius insinuat iudicis excellētia tuæ, & decreta, vt æquum est, suscipiantur.

C A P . I .

Nos igitur tamē omnem productionem in ius, exhibitionemque in iudicio auferamur: si tamen necessitas incidat, vt hujusmodi aliquid agatur, nulli nostrorum magistratuum: excepto throno tuo, concedimus, vt cohortalem aut decurionem ad hanc aliam vibem iudicij causa perduci faciat: nisi sacra aliqua interueniat iusliso, quæ exprestis verbis id præcipiat, quam ipsam conuenit vt & excellētia tua perdiscat, neque circa decreta tuum ipse hue in ius perducatur, cùm ita fieri id expediat publicone si ex iis locis vbi publicas tractant pecunias, abstrahantur, hanc anfantria ripariant documentum inferendi contra rem publicam.

E P I L O G V S .

¶ Quæ igitur nobis placuerunt, & per hanc sacram nostram pragmatice declarantur formam, ea studeo excellētia qui effectui & fini tradere.

N E S A C R A E F O R M A E . Q V A E D E C A U S I S procedunt publicis, alter robur accipiat, quæ si gloriosiss. prætoriorum præfectoris insinuatæ sint, vel fuerint, illicque habeantur ratæ.

T I T . X X I I I I .

N O V E L L A C O N S T I T . C L I I .
App. Iustin. Augusti. Ioanni gloriosissimo prætoriorum prefec.

P R A E F A T I O .

Dantes operam, vt diuino cooperante auxilio, cum summa diligentia res imperij à domino deo nobis concreatis gubernentur: iubemus ne

alter forma de publicis confecta causis ad magnificens, itadu ducem, aut etiam Augustalem, aut claris prouinciarum presides valeat, nli prius insinuata fuerit, nullam firmatatem habeant. Abiurum etenim fuerit, sacram formam pro publicis confecta causis, non prius insinuari throno excellētia tuæ, quæ ita transiit in prouincias, finique contradi.

C A P . I .

Si quid igitur hucusque ad detrimentum reipublicæ factum est, subiembemus hoc irritum esse: fanclentes, vi quævis de cetero lacra formæ pragmatice, siue ad Augustalem, siue ad ducem, siue ad regulos prouinciarum presides conficiantur occasione (vt dictum est) cassarum publicarum: omnino insinuare iudicij excellētia tuæ, cæque pacto (vt dictum est) cum iusionib; excellētia tuæ mittantur in prouincias: vt quæ quidem sacra formæ ad detrimentum reipublicæ factæ nō sunt, hæc & suscipiantur, conficianturque in præceptiōnes, & excellētia tua mittantur in prouincias, quatenus certo fini tradantur, quæ vero ad detrimentum reipublicæ per obrepitionem sunt: has quidem sacras formas tua suscipiat excellētia: nō tamen prius quæ inibi sunt reposita faciat, quānam ad nos relationem ea de re pertulerit, quæ magis si quid (vt potest fieri) ad detrimentum factum est reipublicæ, id corrigamus. Quæcumque enim sacra pragmatica forma publicarum cassarum nomine facta, throno excellētia tuæ insinuata non fuerit, hanc nullo valere tempore volumus.

D E I N F A N T I B V S E X P O S I T I S .

T I T . X X V .

N O V E L L A C O N S T I T . C L I I I .

Impr. Iustinianus. Augusti. Meane gloriosiss. præfectoriorum illi. t.

P R A E F A T I O .

Crimen à sensu humano alienum, & quod ne cabillis quidebat barbaris admitti credibile est: Dei amantis. Thessalonicensis ecclæsis apocrisia. Andreas ad nos retulit, quidam vix ex viro progressus infantes abficiant, inque sanctis eos relinquant ecclæsis: postquam educationem atque alimoniam ab hominibus pietatis, studia exercentibus promoverant, hos vindicent, & servos suos esse pronuncient, cupientes crudelitati fuisse hoc etiam apponere, vt quos in ipsis vita primordiis ad morrem exposuerint, eos postquam adoleverint, defraudent libertate. Ex quo igitur huius generis factum multum simil in se absurdam complectitur, cædem videlicet, ac calumniam, & quæcumque aliqui in tali actione facilè cauenterint: quæ sanctæ erat, vt qui talis perpetrarent, videlicet quæ proficisci ex legibus, non effugient, sed quæ magis alij exemplo horum temperatores ferent, extremis penit sibi cibentur: vt qui per actionis impudentiam sua derulerint flagitiæ, id quod in posterum custodiæ invenemus.

C A P . I .

Qui itaque ad cum modum in ecclæsia, aut vicis publicis, aut aliis locis projecti fuisse cōprobati eruntur omnibus modis liberos efficiuntur, si licet ei qui præiudicio contendit ad hoc, manifesta existat probatio, & posuit eiulindri personam ad suum pertinere dominium ostendere. Nam si nostris præcipitur legibus, vt regantur, serui à dominis suis pro derelicti habitu, & quasi desperata iam valentidine, & cura dominica non dignatis, prorsus ad libertatem rapiantur: quæ magis eos qui in ipso vita principio aliorum hominum pietati reliqui, & ab ipsi contriti fuisse.

runt, non sustinebimus in iniustam servitutem per trahit? Quin sancimus, ut tam religiosiss. Thessalonicensium archiepiscopos, quam sancta Dei sub ipso constituta ecclesia, & gloria tua his opem fecit: neutquam illis qui huc patrunt, legibus nostris constitutas prorsus effugientibus: nimurum qui omni inhumanitate & crudelitate referit finis, tanto detiores homicidio polluti, quanto calamitosioribus id inferunt.

EP I L O G V S.

¶ Quo igitur nobis placuerunt, & per hanc sacram nostram declarantur legem, ea tam gloria tua, quam qui cundem pro tempore magistratum suscepimus sunt, & obtemperans vobis cohortis, esse cui ac fini tradere & obtemperare studento. Quinque etenim librarum auri prorsus imminentibz tani his qui huc transgredi pertenerentur, quam qui alios transgredi permiserint.

DE HIS QVI IN OSDROENA
illicitas contrahunt nuptias.
TIT. XXXVI.

NOVELLA CONSTIT. CLIV.
Imper. Justinianus Augst. Flodo comiti sacra-
rum priuilarum.

P R A E F A T I O .
Prater opinionem incertus ad nos rumor peruenit, quod hi qui Mesopotamiam & Osdroenam prouincias incolunt, illicitis se iungere au-sint nuptias: & Romanas leges, neque non intermis-satas in iis prorsus veteres simul & nouas transgre-diantur, in illicitas ac prohibitas incidentes nu-ptias, dum vicini & adiacentibus populis morem gerunt. Ceterum nos nihil quicquam horum cre-didimus, neque enim arbitramur homines esse, qui quidem, cum portio sint nostrae reipub. tale quid facere audeant, quo factio & progeniem suam dehonestent, & confundant nomina.

C A P. I.

Vnde & peruestigare ea volumus, & si omnino huius generis aliquid factum sit, extrarum delinqüentibus inferre supplicium. Sed quia & longum tempus est, neque credimus ciuitatis ali- quid delicti admittum esse, vt maximè huiusmodi quid contigerit, tamen quod prateritis, quocumque se modo habeat his, qui Osdroenam & Mesopotamiam prouincias incolunt, propter diversas Holtium inscriptiones, que quotidie in iopsis sunt, indulgemus, & maximè verò quia agrestis vt plurimum multitudine huc feruntur delinquere: sinimique ea maner sub presente forma, haud scrupulosus dimisive anxie huc inquirentes, que vilue ad nouellam sacram de hoc nostram (vt potuit fieri) constitutionem perperam admissa fuerunt, sed omnem huiusmodi de hoc inquisitionem contra per-sonas & res ad earum prouinciarum incolas per-venientes prohiberi sancientes. Post nostram vero legem, que nuper de hoc fuit proposita, si quis pre-supposuit, aut etiam presumperit tale quid facere: volumus, vt ex extremis subdatur prorsus: scitur, quod non intra pecuniaria prorsus resistemus, sed tan. ipsum, quam vxorem, & liberos ex illicitis procreatos nuptias post nostram constitutionem di-gna, animaduersione persequemus, & periculum capitum simili atque bonorum ademptionem irro-gabimus: nulli parentes, siue maioris siue mino-ris status, aut conditionis, aut (quod multo etiam difficultius est) facerdotij sit, sed omnibus plectendis solemnam & Romanas legibus decentem ordinem conseruabitur, non tantummodo partem bonorum ablati, sed & cum toto patrimonio partem corporis: & si importunitus illicitas contractas nuptias deprehenderimus ne ipsam etiam quogam saluare queamus: vt per omnia prorsus contractanea sunt delictis. Oportet enim recta pariter ac conuenientia sapere, & alios ad earundem rerum remu-nionem exstantem vero ipsos perpetrare legi-

bus contraria, & ex mutua vitiorum imitatione refugium querere. Hec igitur conferuari in pra-dictis prouinciis voluminatis ciuibibus, quam mi-litaribus magistratibus id ipsum custodiendibus, & vt prorsus delinquentibus imponantur, procuranti-programmati, per proprios magistratus manife-stum fieri: nisi & ipsi extremitis subdi vellet suppli-cibus, simul & magistratus ac bonorum amissio-nibus, quid horum per negligientiam omiscent.

EP I L O G V S.

¶ Quo igitur nobis placuerunt, & per hanc sacram pragmaticam declarantur formam, ea Rudero gloria tua effectui & fini tradere.

V T M A T R E S E T I A M T U T E L A E
rationibus obnoxia sunt.

TIT. XXXVII.

NOVELLA CONSTIT. CLV.
Imper. Justinianus Augst. Flodo comiti sacra-
rum priuilarum.

P R A E F A T I O .

Porrerit potentia nostra supplicationem Mar-tha clariss. feminam, qui continebatur, quod magnifice memoriz Sergius, qui pater eius fuit cum obiisse mortem, tenera admodum etate ipsam reliquerit: quodque clariss. mater eius Auxentia, restatione apud actorum monumenta deposita, non se secundas peruenturam nuptias, tutelam eius subiicit: & legibus nostris de hoc definito iurecando praestricto, res administraverit. His ita ab ea gestis, quasi neque iusitrandum ab ipsa praestrictum, & despiciabile patrimonium relatum esset: paucula quedam in inventario ab ea consecte designata, postea etiam secundas elegisse nuptias, cum tuorem ipsi nominatis Petrum. Item è secundo matrimoniò duos habuisse filios, & cum recte erga ipsam affecta non esset: institutum quidem ab ea tuorem administratione defuisse, cum ipsa vix decimum tertium apprehendisset annum: petiisseque vt secundus etatis curatoreq; quereret, mox etiam persuasisse, vt pro se acceptationem consenseret, & omni actioni, quæ secundum leges ipsi posset com-pete, per causam tutelarum rationibus, in istiusmodi acceptationibus renunciavit: cum in cubiculo per id tempus esset, neque quicquam sciret corum, quæ gererentur. Neque enim possibile fuit, vt ea, quæ apud illam educerentur, neque in illo contradicere posset his, quæ aduersus ipsam gererentur, vt maximè inferri sibi detrimentum sensisset: aliquid ageret corum, quæ prohibere possebant, ad ipsius attentata iacturam. Postquam vero tempus effectus, vt quæ aduersus ipsam agita-ta essent consilia, persensceret: se quidem apud matrem ipsam exhortationibus, ne his, quæ in fraudem suam gerha essent, perperam viceretur: sed vt matrem decesserit, se ostenderet: & quas primum res in bonis habuisse nosceretur, sibi restituiret. Ipsam vero cum se totam filii ex secundo matrimonio procreatis expulsi, neutquam istiusmodi rationes edidisse. Quin è contrario sacram nostram prætendisse sanctiorem, quæ continetur, non posse refutacionis contra ipsam iura in ysum assumita-met: ea nihil eius generis de matribus, quæ filios se coniungerint, exindeque procreauerint filios: pe-tieruntque, vt & rusticos ipsi assignarent, & horum filios maternam sequentes vterum. Sed qui huc pertinet, hi sanè constitutionem nostram, quæ nuper prodiit, intelligere non videntur, quid ea sibi velit.

C A P. I.
Quo igitur huc in se contingere supplica-tio-

tio: merito ad sacram hanc pragmaticam formam respexit. Per quam sancimus, vt quoniam sacra nostra sancto nullam mentionem faciat earum mulierum, quæ suscepit filiorum suorum tutela, secundas amplexe sunt nuptias: non licet Auxentie clarissimam feminam eam sacram nostram ian-ctionem perperam in ysum defumere. Proprius cau-sus autem praeditus: & quia monumenta actorum, sub quibus Martha filie sua tutelam suscepit, often-dunt legibus definitum ipsam iusitrandum praestricti, non se ad secundas peruenturam nuptias, & quod iusitrandum aspernata, in matrimonium se-cundo se marito iuxxit: & suscepit ex eo liberis, effectis, vt clarissima filia eius Martha pro rerum re-stitutione acceptationes in ipsam exponeret: sum-mam virgine licentiam habere. Martham clariss. feminam posse sancimus, vt restitutionis in inte-grum iure vtratur, prescrim cùm nondum se vice-sum quantum etatis sua annum excessisse pro-ficitur. Sacra sanctio a nobis proposita, que sancta, ne filii contra parentes suos, aut liberi contra parentes suos possint restitutioinis in integrum iure-vit, neatiquam ipsi obicienda: proprietas quod ni-hil lex de his dispiciat, quæ filiorum suorum iuste-lam suscepunt, quin contraria: eo quod altera post huc sacra nostra processerit sanctio, quæ sancta, ne qui tutores constituantur, aliter filiorum suorum tutelam suscipiant, quam si designationis iure tem-pore apud acta depoferint, quod pupillos indefen-sos non reliquent: & si contingat etiam matrem fi-liorum suorum tutelam suscipere: vt & ipsa hoc faciat, tutelaribusque rationibus obnoxia sit: & si alium pro se designare tuteorem velit, vi suo & sub-sistentiū illi rerum periculo id faciat. Vnde omnis modis hoc etiam casu convenit, vi si Martha clariss. feminam comprobauerit, non præteriisse ea tempora, in quibus restitutio in integrum vtratur, quām omnibus aliis, per quæ leges nostræ minoribus etate open: & auxilium præbent. Sancti enim nostra potentia, vt omnis reverentia, que parentibus debetur a liberis, item honor ariæ obsequium parentibus conferuntur: dum tamen nihil ab ipsis in illorum detrimentum fiat. Ut vero ex prioribus nuptiis filios despiciamus, neque religione putamus consentaneum: neque aliqui conuenire, vt res, quæ ex paterna ad ipsos peruenient substantia, hu-iusmodi matres possint vel sibi, vel his, qui secunda vice ipsas habent in matrimonio, vel ex istiusmodi matrimonio procreatris liberis lucrificantur.

E X his, quæ diversimode ad nos relata sunt, didi-cimus in Mesopotamia & Osdroena prouincias in-quidpiam delinqui, notris planè temporibus indi-gnum. Consuetudinem etenim apud ipsos effecit qui ex diversis originem trahant prædicti nuptias inter se contrahant. Inde sanè conari dominos, d'facto iam contrahitas nuptias dissoluere, aut procreatos filios à parentibus abstrahere, exindeque tonim illum locum misere affligi, dum & rusticani viri & mulieres ex una parte distrahitur & proles his admittuntur, qui in lucem produxerunt: & sola nostra opus esse pro-videntia.

C A P. I.

Sancimus igitur, vt prædictorum domini de cetero rusticis suis, prout vulnerint, conservent: neque quisquam eos qui iam coniuncti sunt, possit secundum consuetudinem prius obtinente diuellere, aut compellere vt terram ad ipsos pertinentem colant, abstrahere vt parentibus filios prædicti conditio-nis colonarize. Sed & si quid huiusmodi forte iam factum est: corrigi hoc simili, & restituiri effici, siue filios abstrahi contigerit, siue etiam mulieres, nempe vel a parentibus, vel coniubarij consortibus, qui reliquo deinceps tempore huiusmodi aliquid facere præsumperit, etiam de ipso prædicto in periculum va-cando. Quare libera sunt coniubaria mea, qui dudum ipsi immittuntur, & parentes habento ex hac iussione filios suos, neque inibz prædictorum domini subtilibus contendere rationibus, & vel nuptias contrahentes, vel filios abstrahere. Qui enim tale quid facere præsumperit: etiam de ipso prædicto in periculum veniet, cui eos vindicare rusticos attentat.

E P I L O G V S.

¶ Quo igitur nobis placuerunt, & per sacram hanc pragmaticam declarantur formam, ea prouidentiam habent magnificientia tua, tibique obtemperans co-hores, & qui pro tempore eundem magistratum ge-rebant, ad effectum deducantur, conserventurque: utri librarum auri prorsus imminentibz ei, qui vlo vnguam tempore huc transgredi attentanter. Dat. Kalend. Maij. Conf. D. N. Iust. PP. Aug. Bilis. v. C. Conf.

V T D E L I B E R A N D I I U S E T I A M
ad impubes transmittatur.

TIT. XL.

NOVEL. CONSTIT. CLVIII.

Imper. Justinianus Lazar. Comiti Orientalis.

P R A E F A T I O .

Oblate nobis à Thecla, quæ & Mano appellatur, preces sum, quæ declarant Theclam quandam è vita decessisse, relata Sergia filia impuberem statem agente: cumque vix sedecim dies mari supercunxisset filia, obiisse & ipsam mortem in contagione illa, quæ nuperrimè homines inuaserat. Eam verum, quæ nobis precesseret, inquit Sergia parti sororum extitisse. Cofnam autem Theclæ fratrem Sergiæ hereditatem vindicasse, dictasque eo nomine iudicium. Rursum hanc, non recte contentiones sererer, abisse ad Ioannem prouincialis sori aduocatum, per contumaciam in iudicium deferri solitam excedere longa mors eis, qui in iure controverso harentur. Aliquotiens igitur gloriofiss. vir Alexander ad nos retulit, gloriose memor patrem suum Hierium, cum testamenti tabulas conscriberet, his verbis viam esse: Volo ac iubeo, ut heredes mei Constantinus quidem clariss. vir deputatus sibi dominum cum omnibus (vt praescriptum est) coherentibus illi iuriibus, & suburbium in Coparia appellatum item cum omnibus (vt praescriptum est) iuriibus ad ipsum pertinentibus, & domum Antiochiz statim, emptam: ab Ammiano: Anthemius vero dulcissimum suburbium in Blachernis dictum, redemptum à gloriose memoria viris Eugenio, & Iuliano, & suburbium in promotorio sinus Sos Athenij, quod olim in dominio Ardaburi gloriose memoris fuit: Calliopus autem clarissimus vir suburbium Bytharium, sive Philothei nuncupatum: & Alexander clariss. vir suburbium in Venetiis, neque per venditionem, neque donationem, neque permutationem, neque quoquam tandem titulo in alium transferat, reiiciens, aut eam dominum seu prescripta quoque suburbia è meo nomine & mea familia alienent: sed si quidam (quod Deus facit) nascantur filii, & reliquias post se filii aut nepotibus, sive legitimis, sive etiam naturalibus moriantur: vt pro se quisque deputatus sibi suburbium aut domos, tam in hac regia urbe quam Antiochia positas filii ac nepotibus legitimis aut etiam naturalibus suis relinquunt. Perit sum enim habeo: quid nego in naturalibus liberis ac nepotibus dispositionem voluntatemque hanc meam negligenter. Si vero in viuis sum omnes, aut aliqui, aut unus ex his (quod abominor) sine liberis decedat: volo & iubeo, ut qui liberis orbi aut orbis mortem obierint, superstitibus aut superstitione ex ipsi scriptis prescriptis domos, tam quæ in hac urbe, quam quæ Antiochiz est, & item prius declarata quinque suburbia cum omnibus eorum iuriibus, & omnibus denique rebus ac personis, quæ illi continentur, citra villam exceptionem restituuntur: celsantes videlicet inter eos fideicommissorum seu legatorum servandorum causa satisfactione. Volo etenim ac iubeo, ne quisquam ab alio iurius generis satisfactionem expectet: iis vel eo, qui præter parentem & pietatis erga ipsos plenissimum intentio nem meam à fratribus suis satisfactionem in rebus abalienari prohibitis experire pertinuerint, vel pertinuerint: omni modo eius fideicommissi amissionem sustinentibus, vel sustineant. Atque haec quidem ipsum protulisse in testamento: conscriptissime autem & codicillum in quo talibus propriis verbis vobis suis manifestum plane facio, quid pridem testamenti per scripturam fecerim, & quæ in eo conscripta sunt, ex animi mei sententiâ composuerim: voloque ac iubeo, ut omnia, quæ in eo testamento continentur, omnimodo firmatam obtineant: his foliis exceptis, per quæ forte in hoc meo codicillo vel aliquid mutauerit, vel reliqua alicui legata adestero. Volo igitur ac iubeo, ut suburbium illud meum, quod Coparia appellanti, quod in propria testamento magnifice pres. filio meo Constantino reliqui, deus & pleno proprietatis auctio possestis iure ad clariss. pariter & generosiss. nepotem meum, Constantini magnifico-

C A P . I.

Sancimus igitur, ut gloria tua, si haec ita se habere competerit, opem ferat supplicant, & legem nostram illi conferuerit, quæ deliberandi ius ei tribuit, nimirum Sergia ante excessum anni post matrem suam demorta, voluntate maternam Sergia hereditatem vindicare, eius agendi copiæ præbeat. Neque enim pugnare inter se aliquis Theodosij pientiss. principis & nostram legem dixerit: cum in eodem vitrake volumine sit nostra, & nos per constitutio- nem, quam pro eo positum, obfirmaverimus, nihil in ea residere contrarij. Sed obtineto quidem lex nostra in prætesti controversa, & omnibus casibus in questionem deducere assimilibus: obtineto autem Theodosij sacraiss. principis lex, in quibus annum præterire contigit, & deliberandi tempus elapsum est. Postea enim post sententiam conscripta, cum altero énita, qui obligationem adquirere non potuit: manifestum est, quod nullam actionem Cosma de his, quæ inibi consella fuerunt, dederint. Dat. prid. Idus Iulij, Constantin. D.N. Iustin. P.P. Aug.

V T R E S T I T U T I O N E S F I D E I C O M .
misla vñque ad unum gradum
constitunt.

T I T . X L I .

N O V E L L A _ C O N S T I T U T I V A . C L I X .

Imper. Iustinianus August. Petro gloriofiss.
sacerorum pectorum praefecto,
iurem exconsule &
patricia.

P R A E F A T I O .

Tantum nobis benignitas adeat, ut ne priuatis quidem causas, quæ iudicem nobis inquisitio- ne superare videntur, legibus nostris definiri: indignum putemus: ne si quando priuata causa audiencem in iudicium deferrit solitam excedat longa mors eis, qui in iure controverso harentur. Aliquotiens igitur gloriofiss. vir Alexander ad nos retulit, gloriose memor patrem suum Hierium, cum testamenti tabulas conscriberet, his verbis viam esse: Volo ac iubeo, ut heredes mei Constantinus quidem clariss. vir deputatus sibi dominum cum omnibus (vt praescriptum est) coherentibus illi iuriibus, & suburbium in Coparia appellatum item cum omnibus (vt praescriptum est) iuriibus ad ipsum pertinentibus, & domum Antiochiz statim, emptam: ab Ammiano: Anthemius vero dulcissimum suburbium in Blachernis dictum, redemptum à gloriose memoria viris Eugenio, & Iuliano, & suburbium in promotorio sinus Sos Athenij, quod olim in dominio Ardaburi gloriose memoris fuit: Calliopus autem clarissimus vir suburbium Bytharium, sive Philothei nuncupatum: & Alexander clariss. vir suburbium in Venetiis, neque per venditionem, neque donationem, neque permutationem, neque quoquam tandem titulo in alium transferat, reiiciens, aut eam dominum seu prescripta quoque suburbia è meo nomine & mea familia alienent: sed si quidam (quod Deus facit) nascantur filii, & reliquias post se filii aut nepotibus, sive legitimis, sive etiam naturalibus moriantur: vt pro se quisque deputatus sibi suburbium aut domos, tam in hac regia urbe quam Antiochia positas filii ac nepotibus legitimis aut etiam naturalibus suis relinquunt. Perit sum enim habeo: quid nego in naturalibus liberis ac nepotibus dispositionem voluntatemque hanc meam negligenter. Si vero in viuis sum omnes, aut aliqui, aut unus ex his (quod abominor) sine liberis decedat: volo & iubeo, ut qui liberis orbi aut orbis mortem obierint, superstitibus aut superstitione ex ipsi scriptis prescriptis domos, tam quæ in hac urbe, quam quæ Antiochiz est, & item prius declarata quinque suburbia cum omnibus eorum iuriibus, & omnibus denique rebus ac personis, quæ illi continentur, citra villam exceptionem restituuntur: celsantes videlicet inter eos fideicommissorum seu legatorum servandorum causa satisfactione. Volo etenim ac iubeo, ne quisquam ab alio iurius generis satisfactionem expectet: iis vel eo, qui præter parentem & pietatis erga ipsos plenissimum intentio nem meam à fratribus suis satisfactionem in rebus abalienari prohibitis experire pertinuerint, vel pertinuerint: omni modo eius fideicommissi amissionem sustinentibus, vel sustineant. Atque haec quidem ipsum protulisse in testamento: conscriptissime autem & codicillum in quo talibus propriis verbis vobis suis manifestum plane facio, quid pridem testamenti per scripturam fecerim, & quæ in eo conscripta sunt, ex animi mei sententiâ composuerim: voloque ac iubeo, ut omnia, quæ in eo testamento continentur, omnimodo firmatam obtineant: his foliis exceptis, per quæ forte in hoc meo codicillo vel aliquid mutauerit, vel reliqua alicui legata adestero. Volo igitur ac iubeo, ut suburbium illud meum, quod Coparia appellanti, quod in propria testamento magnifice pres. filio meo Constantino reliqui, deus & pleno proprietatis auctio possestis iure ad clariss. pariter & generosiss. nepotem meum, Constantini magnifico-

tiss. filii mei Elium Hierium simul vñuersum pertineat, cum omnibus prætoriis, quæ in eo sunt, & omnibus scalis, & que vel intra urbem vel extra urbem pro pensione elocantur, & ibidibus atque officiis, & balneo, & hortis tam intra quā extra muros existentibus, & hippodromo, neque non horre, qui in ipso est, & cisterna, atque omni denique iure, quod villo modo in eo nūi suburbio competet. Idipsum vero suburbium tunc demum prædicto clariss. aepotu meo Hierio dari volo, cùm priuatum post meam mortem patris sui potestate solitus, per emancipationem sui iuris factus erit: nulla licentia eidem generofiss. nepoti meo concedenda, vt prædictum rei terminum excedat: aut iis, qui vel ex hoc meo, vel eiusdem clariss. nepotis testamento in eadem iuria successerint, vt idem suburbium, vel partem eius aliquam, vel ius diuidant, permittentur, aut alicui donent, aut quocumque titulo denique abalienent: propterea quod hoc iustum suburbium & zdes sicut sita in porta muri siculnei, qua via ducit ad sarcophagum M. rytreium sancte Theclæ, per omnia & perpetuò velim permanere in familiâ mea, neque vñquam de meo nomine egredi. Volo autem & iubeo, siquidem euenerit, vt generofiss. nepotus meus Hierius vel intra pubertatem, vel etiam post pubertatem, sive liberis tamen legitimo matrimonio procreatis, moriarit: vt eius suburbii sive ædium possesso simili & proprietatis perueniat, & deseratur, aut reliquat magnificens. patri eius Constantino sub eadem condicione, ne vñquam de familia mea meoque nomine abalienentur. His ita confessis, ipsum quidem è rebus humanis abiles Hierium vero gloriose memoris domum quidem Theopoli sitam, quæ successionem paterna ad ipsum peruenierat, aliis per sonis vendisse i ipsam autem dominum, quæ in hac alia urbe est, & insuper suburbium, quod illi codicillo datum erat, in quibus omnibus interdicta fuerat alienatio, ad Constantinem gloriose memoris filium suum transmissee. Illamque rursus pregnante vxore reliquit filiis: scripto prius testamento, in quo disposuerit, vt si puer vel natus non esset, vel natus ante pubertatem mortuus esset: tam gloriofiss. eius mater Maria, quam inelyta etiam vix eius altera Maria, ad successionem eius vocarentur. Postea vero quiam nata filia in ipsa infanta & teneat adhuc etiam agens, humanis rebus excelsit: cum reliquam substantiae partem, tum etiam domum in ampla hec urbe, & insuper suburbium, quod expressis verbis Hierio gloriose memoris in codicillo reliquit sicut, ad inlytas mulieres devoluta esse: meritoque tam ex testamento, quam ex verbis codicilli, domum iuxta & suburbium vindicandi sibi locum datum, ut pote qui solus hoc tempore ex Hierij gloriose memoris liberis superficies permanerit, & primum gradum in nomine familie obtineat. Verum qui pro Maria & Maria gloriofiss. scemini faciebant verba, hi agebant, neque testamenti verbis vñnum locum faciunt esse. Neque enim Constantem gloriose memoris abiles libelis ex rebus humanis abiles, vt verarumque ædium restitutions locus sit. Sed neque suburbij nomine ritè secundumque leges Alexandrum gloriofiss. virum basce adorit: cùm & ipse suburbium, quod ipse reliquit fuerat, in quo communis pater æquè, vt in ceteris alienationem illi prohibuit, ante id tempus alienauerit: sed & alios fratres idem hoc fecerint. Et leges nostras, si quidem omnes ordine, in quibus huiusmodi aliquid definitum sit, defuncti voluntatem transgreditur: ex æquo omnibus restitutionem adiungere: ne si vicissim alter alium mutua peccato ne in ius vocent, multis in una causa subdantur iudicij, legisque de hoc propositas nobis reue-

C A P . I.

Nos igitur cum & legum, & testamenti interpretationem perspectam haberemus, non nuda sententia, sed lege eius causa decisionem complectenda duximus, simul ut presentem dirimeremus controversiam, simul ut ceteris mouendis de his contentiis anam præpareremus. Vnde subtillus pariter & exactius testamenti verbis innixa, deprehendimus ipsius quidem filii hereditatem capessentibus alienazem interdictam, si similia vña successori essent, non veteris vero hic etiam qui eis filii succederent. sed contentum sufficere defundam, si inter filios duxarat alienationis interdictum constitueret, neque enim si ipsi reliqui filii decederent, maiore ipsius cura perquisuisse, cui ut quomodo res relinquere vere nec voluntatis alienationis interdictu vñtra filioru viam extendere. Enimvero codicillum, qui de suburbio dumtaxat factus fuit, interdictu his etiam, qui ex testamento gloriose memoris Hierij (de juniori loquimur) res per successionem cepissent, ne suburbium alienarent, & quod consequenter inducitur, in his quoque defunctum voluisse, vt id perpetuò in familia permaneret. Et quidem quia in controversiam deducta sunt, eiusmodi fuerunt.

C A P . II.

Nos vero cum totam causam cum diligècia qua decet, penitus intueremus: in aliis quidem rebus, quarum sanè Constantinus gloriose memoris Hierij senioris filius, paterni testamenti tabulis dominus factus fuit, præclarè nullam quæstionem excludit, rati sumus, arcendumque in his factiōne non solum Alexandrum gloriofissimum virum, sed etiam omnem reliquam familiam: cùm & testamenti verba prohibitionem inter solos constituit filios: & ipsi gloriose memoris Hierij filii, per quos potest illius familiæ portio exitere, Hierij sibi iura viadicant, nonnullas apud se constitutas res alienauerint, perinde quasi ex una voluntate substitutionem interdixerint. Quod autem ad suburbium attinet: cuius dominum codicillus ostendit esse gloriose memoris Hierium, præter modum scrupuloso nobis diligenter plenum vñsum est, si post quatuor demum generationes huiusmodi quæstionem produceremus in medium. Nunc certè cum Maria & Maria gloriofiss. scemini etiam omnium super sine, quas alicubi & ipsa nostra leges in familiam reponunt, vt quæ sponsas quoque hac appellatione dignentur: neque recte, neque ordine Alexander gloriofiss. vir item à se prætenitam instituit. Quia vi maximè hæ decesserint: tamen quidem quatuor iam generationes præteriisse viderentur, haud sustineremus tam obscuram causam denuò tradi indicis, & maximè cum Constantini filia in pupillari adhuc etiam vitam finirent. Vnde tametsi testamentum ille non consenseret, suburbium tamen ad matrem eius perennaret: non ipsa pupilla, sed ipsa quodammodo lege horum causa existente: quamvis nece s successorum gloriose memoris Hierij cir-

scantur, vitrum deceat ad dominum viri an dominum mulieris pertinere problem. SAN C I M V S
figitur si quid tale sit, & conueniant ad inuicem
diuersorum dominorum adscripti: quandoquidem ea quae ad fortunam eorum pertinent non sint
in controvèrsia polita, ventre non libero existente,
sit quidem progenitus, adscriptus: nō ramen omne
dabimus matre neque eius domino, sed si quidem
ad id tempus condonamus. Quod profecto facimus, non quasi pudicitia aut que de hac lata lex est negligamus: sed quo iis qui parvo redempta talia ex filio subtrahunt, multorumque facultates ac subtilitatis in dictis provincialibus quassant, & cōmunes calamitates crient, omnem quazilius occasionem succidamus. Quocirca sane legem illam, & que in illa aduerfus eos qui illicite nuptias contrahunt, pœnitentia constituta sunt, vñsque per nostram rempublicam, & in pœnula ante dictis provincialibus inde ab initio Imperij nostri vñl. & asturit, habet iubemus. Provinciæ subtilitatis iis idea benignitatē suau, & venia elargiti

sumus quod qui in illis habitant; Persis; & qui sub ipsis agunt barbaris Saracenis finitiui & victimis; itaque humanis affectibus tacti; illos imitati sunt; neque naturae motum atque vim superare volunt.

EPIL OGVS.

¶ Proinde quod nobis visum est; & per hanc sacrā pragmaticam declaratur formam; gloria tua; qui-que pro tempore tempore magistratus praesent; & ceterū atque fini tradere & obtemperare studeo. Dat. Kal Ian. Constantinop. Imp. DN. Iustinian. PP. Aug. anno I.

VT DEI AMANTISS. EPISCOPI; cum prouinciarum indigenis; & quæ sequuntur.

CONSTITVTIO IIII.

Dum recipib[us] à Deo nobis data curam gerimus; simulque vt subditis nostri in omnibus iudicis bono fruantur; operam damus. & quæ sequuntur.

DE SAMARITANIS.
CONSTIT. V.

Idem Imperator Diomedi factum fratribus
prefecto.

VT impiam Samaritanorum heresim; & omni ratione carentem herum vestianam; ad meliorē frugem perducemus. & quæ sequuntur.

TIBERII IMPERATORIS DE DIVI
nis domibus constitutio.

HENRICO AGYLAEO
interprete.

In nomine domini Iesu Christi Dei nostri:

Imperator Cesa. Et. Tiberius, Constantini; fidelis in Christi, clementis, beneficis, & pacis, Alamanis, Cetili, Fratricis, Germanicus, Alanicus, Vandalicus, Africanus, Pius, Felix, Iulianus, Victor, Triumphant, semper colendus Augustus, Sacratiss. Senatus.

PRAEFATIO.

Cum opera sint quæ Deo conueniant; simulque cunctum humano genere orum habeant; in supplices beneficium esse; maleficia extirpare; & quicunque subditis utilia sunt; ea & meditari & facere: cum ea ipsa nos præcipuum Imperatoris Majestatis insigne esse arbitrari; ex quo Deus nobis reipublica imperium atque gubernacula dedit; nulla (vt ita loqui licet) neque die neque nocte quicquam earum rerum, studioq[ue] carius que habuimus. Hinc certè quum permitti qui partim in inclita hac urbe habitarent; partim ex omnibus ferme subditorum nostrorum prouinciis aliunde prodire; diversimod nos adiungit quæ idem quum prope possessiones domusve quaspiam Imperatoris prædia & bona sua haberent; alisque rebus & controversiis inuoluti essent; variis iuriarum modis a procuratoribus, chartulariis, conductoriis, & qui aliqui ad Imperatoris domus attinens; se peccari annuncient; atque res mobiles; interdum etiam possessiones agros & agricolas sibi erctos lamentarentur: ea autem ratione quod illi aliquid facienda conduceat ab ipsi alienis prædiis & agris defensionem quæ illis non competat tribuant; tabulaque Imperatoria ac signacula affigant; & (ut uno verbo dicamus) quæ ad ipsos non pertinet; suo dominio subiectant; quid alitorum aduersus alios nulla ratione nitentes lites suscipiant; itaque & actores rebus sibi debitis potiri non sinant; & reis extra indicium indictaque causa debitationem vi iudicant; ad extremam yecuam restringant;

nonnulli fraude induci; rerum debitarum syngraphas in ipsa diuinis domus concipiunt; & cōcibunt; efficiunt; alienisque emptionum; aut fortasse donationum contractibus in eorum; qui alii debet circumscriptiōnem immiscant: inde inquam factū est; utique quæcumque ad nostras aures peruenient; de iis recte & competenter statuerimus; quum his quidem restitui abla iusserimus; ac incompetentes defensiones interdixerimus; illos vero à iudicis liberarimus; debitorumque syngraphas irritas iudicauerimus; & fraudes in contractibus fieri solent prohibuerimus: quum deinceps Imperatoris domum procuratores leges iustiungue pietatis nostra propositum sequi iusserimus. Verum quoniam impossibile est; vt extranei; qui procul hinc habitant; pariter omnes huc conueniant; vtique nos singularem omnia quæ hunc ad modum sunt; vbi que manifesta faciamus: quæ ad huc attinent; euidenti lege explicare visum est; quod non solum nostra exatis; verum etiam omnis futuri cui hominibus nostrum equitatem iustiusque suum innotescat. Iustitiae vero etiam quam imperatoris nostris exibus; quine illis subditis bene sit id nostram esse opulentiam felicitatemque; & (quia non solum diuinorum domum negotia; verum etiam communia presentis reipub. non cognoscere patet) subditorum facultates; quantum ad curam; nihil ab Imperatoris differre existimemus.

CAP. I.

Statutus igitur; vt nulli gloriosiss. magnificissimovē diuinorum nostrorum aut pientiss. Aug. domum (quibus & patrimonialis & regia domus; quæ ante nouas ecclesiæ sita est; annumeranda est) curatores; aut chartulariis; aut prouisores; aut conductores; aut quicunque alii ad easdem diuinorum pertinent; vel tabulas quæ nostram appellationem concinant; vel effigies insigniæ Imperatoria; alienis exibus aut prædiis vel mobilibus defunctorum; aut etiamnam superstitum rebus signacula imponere; vel aliorum rusticos suscipere; vel solutiones aliquæ que ipsos aut etiam ipsorum prouenient transferant; in Augustalem diuinam faciendas curare in posterum auctis: neque si etiam earundem domum; prædiorum; rerum aut rusticorum partem aliquam ad Augustas ædes pertinere contingat; hinc aduersus eos qui vna cum ipsi possident; fraudis lesionisque occasionem capiant.

CAP. II.

Quin & si quos rusticos; qui in aliorum mancipient; in presenti ipsos habere; aut quales diximus solutiones accepisse constet; simul ipsos rusticos restitui; simul ipsa solutiones irritas esse iubemus. Quid si de his rebus aut etiam aliquibus contractibus actionem se habere aduersus alios dicant; nequam reum ad se trahant; neque (id quod & absurdissimum & iniquissimum putamus) suarum controversiarum iudices sedent; iudicent autem ipsi ut coram competenti iudice; sub quo sunt qui actiones sufficiunt; item mouent; simulque ius suum obtineant. At si ipsos gloriosiss. magnificissimosque curatores; diuinorum domum quarum curam gerunt nomine ab aliis in ius vocari cogint; tum quidem si hic actio institutus; communi & actoris & Augustalium domus curatoris consentiunt; vnu ex gloriosiss. nostris præfectis ad rei examinationem diuinationemque eligatur: & si (vt fieri solet) contentio huc infurgat; libellus supplex principi offeratur; datuſq[ue] ab ipso iudex suscipiat. Si vero in prouincia aliqua; eiū præfectus aduersus alios nulla ratione nitentes lites suscipiant; itaque & actores rebus sibi debitis potiri non sinant; & reis extra indicium indictaque causa debitationem vi iudicant; ad ius vocetur; facul-

aut prædia; horumque colones accessum habebant; neque aduersus aliquos actiones cedant; aut has ab aliis assument; & inquit aliquo iustiūmodi actionibus obnoxios; in ius vocent. Et enim hanc iuris rationem omnino tolli iubemus; etiammodi donationis modo iustiūmodi actiones ipsarum dominus in nos diuinamque nostras ædes transferat; & que iusta videantur; debita se habere dicat: ne videlicet hoc commenio alii iniquitatis equicquam obueniat. Iustiūmodi si quidem donationes nobis curz non sunt; neque calamitatis opinionem auferre & subire nostrarum diuinarum domum procuratores volumus; ipso qui singulis (vt dicitur) diebus nostra subdus donemus; magnamque rerum mobilium immobilemque; & pecuniarum vim proprie omnibus elargiamur. Facultas vero enīque sit; vt quas se habere actiones dicitas aduersus obnoxios secundum consuetudinem in hoc obtinente modum; nullo Augustalium domum præfecto interposito; moueat: & quando sua per legem recuperat; de his quoque velit modo statuit. Ipsa enim actionum cessiones; quod fraudis & caluniae causam complectantur; & odium & aversamur. Quapropter etiam si quæ huiusmodi in ipsa diuinis domus iam conscrip[ta] sunt; has irritas constituiunt; & nullam illis petitionem exactiōnem que habere concedimus; vt hi aduersus quas facta sunt; inde prouenientibus actionibus liberentur. hanc que pecunia iis qui has cessiones facere ausi fuerint; imponimus.

CAP. III.

¶ Orrū quia nonnullos esse scimus; qui quum creditores suos debitis fraudare volunt; res suas opigneratas alicui nostrorum zdiūm aut vendunt; aut donant; aut alio quoque perscribunt; & per illas medianas in alios vel cognatos vel familiares aliquo contractu modo transferendas curant; vt hac ratione hythothec ius miserum in modum illi qui pecunias suas erogant; serit dispersat; dum diuinis domus præfectus (per quem hæc facta esse dicuntur) proprii potestatem quam habet; mouendam de his rebus actionem non suscipit; & qui rem percepit; contrarium cum diuinis domus initum prætendit; per dampnum domi priuilegium à nemine actione conuentiū sustinet: Insuper etiam quia esse scimus; qui dominis locis; aut aliquibus vnius eiusdem Augustalium officiis maiore aut quicunque mercere conductis illarum rerum prærogativa virantur itaque credores; ut etiam qui ipsi actiones intentant; & arcent & obliquant; idcirco iubemus ne quis de reliquo subdolis commentis aduersus credores suos vel audeat; neque per diuinam domum medianam cum alio donationem aut contractum instituat; scilicet quod nullum fructum ex versitate sua percepturus est; quum rei alienata vbiunque fuerit; sue penes diuinam domum; sue penes alium quempiam; nihilominus vindicari poterit; & omnia ei quæ actiones aut etiam hypothec ius haber integræ; itaque illæs perinde ac si nihil interuenisset; seruabuntur. Ad hoc etiam; si quid huius communis causa ipsi diuinæ domi ciuiusque procuratori capiendas benevolentie ratione datum esse contingat; eo qui dedit excedit; hanc que (quangam minorem quam pio merito) remuneracionem feret.

CAP. IV.

Ceterum neque per earum zdiūm quæ ad Imperatorias domus pertinent inquinilos; neque per alienos colones; aut alium quempiam omnium; diuinarum zdiūm præfecti aliquid faciendum condcant; neque illis patrocinum tribuant; aut quod næxū patrū dicitur; ex liberis aliquibus; exactiōibus obnoxios; aut decurionum eiusam; quæve in vniuersitate ad alios pertinenti prædiis capiant: ac vero ab his omnibus desistant. Et si tabula insignia Imperatoria iustiūmodi prædiis; domibus officiis aut locis iam affixa sint; hæc detrahant; itaque qui illa detrahunt; quasi nostro iusu id faciant; neque quam contradicant. Ad hæc quietem agant; aduersusque in quilibet; & qui quoque modo tenent; coram competentibus tribunalibus moniti; actiones finant: & nullum aduersus controveneris; aut reis; aut ius;

CAP. VI.

De oneribus prosectori etiam; & metatis; & angariis; & viarum portuūque infrauationibus; de descriptionibus quoque & iudicationibus transactis nobis vīlū est; ac ne hæc iudicantis maneat; consentanea quædam iustiūmodi nostro proprio de illis descripsiō procedat. Quoniam enim priuilegium iam Augustalibus domibus data; ab his illas eximunt; redde animum nostrum subiit; vt rei vīlē & necessarium ordinem imponemus. Si etiam ob Imperatoriorum exercitum; qui in barbaros emittuntur; transiunt; aut etiam nostro iusu; que ad deinceps audiat; quæque legibus conueniant de ea statuat.

ne diuinæ domus, neque aliis subditorum quisquam molestia afficiantur, iubemus; neque vi tale aliquid illata necessitate fiat permittimus.

DE H A R E D I B V S.
C O N S T I T U T I O N I I.

Deo simul & iustitia nihil mius exigit, absq[ue]o
litis enim nihil vnuq[ue] commode geri potest,
& præcipue in nostra hac republica. Exinde enim &
recte regnare, & subditos ad benevolentiam, neque
no[n] ad suam licet atrahere denotionem. Ut propter
cum & nos diuinitus, per que iustitiam, imperij scie-
pira suscepimus, & que sequuntur.

DE P R O V I N C I A R V M P RÆ-
sidibus.

C O N S T I T U T I O N I I I.

Non tantum decenter leges ferre summo bono
nestis, sed etiam sanciri accurate custodire, & ad ef-
fектum deducere, transgressor: que competentes
potis subiictere. Quæ enim legum erit vilitas, si in
literis dumtaxat constabat, non etiam per ipsa facta/at
que opera subditis vilitatem de se præbant? & que
sequuntur.

Novella quarta deest integræ.

DE R E L E V A T I O N E T R I B U T O R V M
publicorum.

C O N S T I T U T I O N I O V.

Prestantissima inter homines bona sum iustitia &
benignitas; quæcum altera æquabiliter suum cui-
que tribuit, neque appetit aliena; alia ad misericordi-
am occurrit, & debitorum incommode egenes
libera. Hoc ornare firmaréque imperium, hæc con-
scrutare rem publicam, hæc pulchre humanam nove-
runt gubernare vitam, & que sequuntur.

ALIA ALIQUOD C O N S T I T U T I O-
nes Iustinianni, Iustini & Tiberii ex libro
Iuliani antecessoris.

PRAGMATICASANCTIOIVSTI-
nianni imp. complectens varia capitula.

*Imperator Iustiniianus Augustus ut omnia firma sint,
que Amalasunta, vel Atalaricus, vel Theo-
datus concesserunt.*

Pro petitione Vigili, venerabilis antiquioris Ro-
manæ episcopi quædam disponenda esse censuimus
ad utilitatem omnium pertinetia, qui per Occidenta-
les partes habitate no[n]ficiuntur. Ita primis itaque iube-
mus, vi omnia que Atalaricus, vel Amalasunta re-
gia maior eius, vel etiam Theodosius Romanus vel Se-
natu poscente concessa sunt, inutilitatem conferuen-
tus; sed ea que à nobis vel à p[ri]or[um] memorie Theodo-
dora Augusta quondam coniuge nostra, oulate sunt,
volumus illibata seruare, nulla circumque danda li-
centia contra ea venire, que à prædictis personis pro
quibuscumque rebus vel titulis data vel cœssata esse
no[n]ficiuntur, excepto videlicet donatione à Theodosio
in Maximu[m] pro rebus abita Marcianni, ex quibus di-
midiam portionem Liberio viro glorioſi, dedisse
meminimus, reliquam diuidiā Maximo viro ma-
gnifico reliquam, quæ apud virumque firmiter man-
te censuimus.

2. Ut p[ri]ter Totilanem facie donationes irrite sint.

Si quid à Totilane tyrrano factum vel donatum es-
se inuenitur circumque, Romano seu cuique alio
seruare, vel in sua firmitate manere nullo modo
concedimus; sed res ablatas ab huiusmodi detentato-
ribus antiquis dominis reformari præcipimus, quod
enim per illam tyranidem eius tempore factum esse

inueniuntur, hoc legitima nostra notare tempora non
concedimus.

3. Nemini necat in cœpititate genitum.

Icet enim s[ecundu]m legi prospectum est, ne instru-
mento, unum amissio dominis, pro quibus instru-
menta conscripta sunt, quæcumque præiudicium re-
rum possit inferri: tamen specialiter etiam per illa
loca hoc renouare censuimus, cum sciamus per di-
uersas calamitates & hostiles persuasiones tam in i-
psa ciuitate Romana, quam in aliis locis hominibus
instrumenta perire. Nequaque igitur ex hoc qui-
cumque patiuntur calamitiam, aut aliquod suscitare
detrimentum, sancimus, ut instrumentorum quidem
amissionem vel corruptionem nullus præiudicium
pro domino vel possessione, pro credito, dominis re-
rum, vel possessoribus, aut creditoribus pro quibus
instrumenta conscripta sullen si ferre pragmatum.

*4. End & si quis res absens vel etiam capti, forsitan
S greges, per suam aut ejuslibet autoritatem in-
uult, vel petendo eas tenuit, reuero eo vel liberato,
sine villa dilatione iubemus restituiri ipsi, vel etiam he-
reditibus eius. Et si forte ille fatale munus subiit, etiā
hereditus eius restituatur legis auctoritas suggerit.*

5. Non presumat quis alienum.

QVia autem verisimile putamus utrum tyrannus
quis tempore res suas per metum alienasse homi-
nibus, vel officium quæcumque gerentibus, vel alia
à Totila commissari actionem, vel potentiam vel gra-
tiam apud eum habeantibus, sine venditione, vel cui
quibuscumque contracti titulos, modò vero quod fa-
ctum est prius recindi desiderare, ipso per violen-
tiam vel per metum tyrannici temporis factum san-
cimus, omnibus esse licentiam sui recipendi sine via
dicandi, vel possessionis à iudice adipiscendæ, prædiis
tantummodo videlicet restitutis, qui tamen eo qui se
dedisse perhibet adprobante veraciter confiterit, ex
solita, nec aliquo postea modo vel fraude subtradat,
vel ab eo recepta: cum non abque ratione esse puta-
mus multa tunc tempore per metum vel violeniam
facta esse, que nos temporis restituti exposita
iustitia, posna videlicet instrumentis infra proprie-
prædictas functiones, modis omnibus quiescente.

6. De tempore postlimiū, id est post cœpititatem.

CVm autem Deo proprio nostro imperio sint om-
nes restituti, sancimus pro nostrorum legum au-
toritate tringinta necnon & quadraginta annorum
præscriptionem, alias insuper, legibus locum habere,
& suam tenere per omnia firmatam: his dñasat
temporibus, que ab aduentu tyrranorum bellicosa
confusio comprehendit, nullatenus in præscriptio-
num curriculis imputandis.

7. Ut instrumenta irrita reuocentur.

Cognovimus, dum hostilis ferocitas Romani
ciuitatem vel alias ob sideret, diversos contractus
esse factos inter Romanos qui obsidebantur, vel etiam
instrumenta conscripta: in prædicti vero quædam
prædictos contractus recindere vel etiam instrumen-
ta irrita reuocare: sancimus, & si postea per hostilem
incusione[m] huiusmodi docimeta perirent, nullam
esse licentiam que facta sunt infirmandi, sed omnes
contractus ob sidionis tempore factos in sua firmitate
durare, instrumenti etiam competentem vim habitu-
ri, sed nullum per eorum amissionem dominis or-
iudicium generandum. quod enim rite perfectum
est, per fortuitos bell[i] casus verti, subtilitatis non pa-
tit ratio.

8. De rebus mobilibus vel immobilebus.

Res insuper mobiles vel immobiles se-
que mouentes, quas à Theodorici regis tem-
poribus

poribus usque ad nefandissimi Totilæ superuen-
tum quæcumque iure, vel titulo Romani posse-
dile no[n]ficiuntur per se, vel iustificari, vel
alias personæ per quas vnu[m]quenque præcepit pos-
sideret, in posterum sine aliqua concusione apud eos
terram, ex videlicet ordine quo per predicta tem-
pora eadem res possedisse no[n]ficiuntur.

9. Pro immunitate tributorum.

Illud etiam præteritis capitulo inferendum es-
t, si quis per Goulucz ferociatis ne-
fandissima tempora ferri constituent liberas vxores
inuenientur duxisse, vel etiam liberi hominibus
ancillæ coniunctæ, licentiam quidem liberæ personæ
discendi per presentem nostris mereanur affectus,
ancilla videlicet vel ferro in dominorum suorum
iura remanentibus, nullo præiudicio dominis ser-
uum vel ancillarum ex præterito tempore gene-
rando. Si vero in posterum etiam coniugia tenenda
esse purauerint, nullum præiudicium circa liberta-
tem propriam patiuntur, filij vero maternam con-
ditionem sequuntur, quod enim in illis qui ex tali
coniungi natu sunt, obtinere iubemus.

10. De confirmatione & abolitione tributorum.

Ilsarum enim fundacioni solutionem per consuetu-
do loca vel tempora, solenniter præcipimus fieri,
qua innovatione per hostiles aduentum solutioni
tributorum penitus inferenda, sed præstia confi-
tudine vel nostrorum beneficiorum tenore sine ad-
arcim, sine in prouincia, vnu[m]quenque solutionem
in posterum etiam celebrare.

11. Ut leges Imp[er]atorum per prouincias i[uris] forum dilatentur.

Itsa in super vel leges Codicibus nostris incertas,
qua iam sub edicti programmata in Italiam
dudum missas, obliu[n]e facimus, sed & eas, quas
postea promulgauimus constitutiones, iubemus sub
edicti programmata euulgaris ex eo tempore quo
sub edicti programmata euulgaris fuerint, cuiam
per partes Italie obtinere, vt vna Deo volente facta
rep[ro]legum etiam nostrarum ubique prolateur au-
toritas.

12. De suffragio collatorum.

Provinciarum etiam judices ab episcopis & pri-
maibus va[n]suusque regionis idoneos eli-
gendo & sufficientes ad locorum administrationem,
ex ipsi[us] videlicet iubemus fieri prouincias, quas ad-
ministratur sunt, sine suffragio, nisi etiam codicilli
per competentem iudicem eis praestidis: ita vide-
licet, vel aliquam collatoribus iurisdictione intulisse
inueniantur, aut supra statuta tributa aliquid ex-
egisse, vel in coemptionsis mensuris enormibus
aliquæ præiudicium vel gravaminibus, aut inquis
solidorum ponderibus possessoribus damnificare, ex
suis sufficienti facultatibus. Quod etiam si quis de
administratoribus aut actionariis de prætoriorum
negandorum tyrranorum tempore scelere inuenitur,
ex suis facultatibus ei a quo abfuit, restituere iu-
bemus, cum nos indemnitate subiectorum vnde-
que volumus procurari.

13. Ut proprietas unica que restituantur.

CVm autem cognovimus inimici Deo proprio
diuersis expulsi prouincias quædam greges in-
uenientes ab illis relatis, & suo eas vindicare do-
minio, licet ad alios antea pertinebant: sancimus,
causa discussa, quantum quidem ad eos pertinet, eis
præbiri. Si quid vero ab aliis agnosceretur, dominum
sua recipere: quod vero ab excepto domino non co-
gnoscitur, inter illos distingui, qui per eandem pro-
vinciam greges amissi: inuenientur, diuisione pro
rata portione scilicet facienda.

14. De eo cui aliquid ablatum est, ut restituatur.

Si qui etiam collatoribus per occasionem tri-
butorum exactions vel cœssibet oneris præ-
textu, aut alio irrationali modo à quib[us] idem
in p[ro]prio vel in speciebus l[ati]s p[ro]prio no[n]ficiatur: hoc
etiam competeret ei cui ablatum est, iubemus

coartetur, ut vndeque nostrarum legum conseruerit auctoritas. Instrumenta etiam que ad alios pertinetia, sicut ab aliis detinentur, prioribus dominis iubemus restituiri, ut omnes vndeque nostrarum legum adiutorio potiantur. Si vero instrumentum periret, nonne possunt recriari? & cum dominis absentibus recriari possent, aut competit? meret? cultura? difficile sit. Quod igitur per hanc diuinam pragmaticam fandionem nostra facit? eternitas, magnitudo tua modis omnibus effectui mancipare contraria solutum est, ex eo quod apud partem alteram invenitur aliud conscribi iubemus, & parti datur, cuiusvis instrumenta perierint, ut competenter possit habere cautelam. Sed & si quis instrumentum alienum sive ipse tollendo, sive quocumque casu invenientur maligitate vel incendit, vel abscondit, aut corruptit, aut quocumque modo habere desierit, tunc quanti interest, ei qui ad cuius iura instrumenta pertinebunt, qui dolum fecit satisfacere compellitur. Dat. Die, anno, & cons. SS.

23. Ut annona ministretur medicis, & diversis.

Annonam etiam quam & Theodosius dare coquerunt nostram serenitatem Lygdunensem habitatores, & hoc nos docuerunt, quia ante proposuit legem per quam iustissimus adscriptios vel colonos coenamensibus se liberis mulieribus procreare filios ad similitudinem liberorum, & ex hoc deuenienti fundos & eorum functiones, precedentibus agricolis, velut ex vetero procedentes, ex hoc corrigentes fandimus, secundum veterem legem de adscriptiis & colonis constitutis agricolis, quod nascitur adscriptius & colonus in fieri, sed si sola fera mulier libera constituta cum procreaverit filios tunc ergo millo modo patimur azi ex hoc penitus liberum vterum, vique talis mulier tali viro sociata fuerit neque adscriptius, neque colonus, in hoc tantummodo calo obtinente lege. Sancimus ergo generaliter legem, ut qui ex adscriptio & colonio natus est, patris naturam sequatur. Sic ergo & indemnitatis fisco collaboribus erit PC. In his ergo medentes presentem dispositionem dispolimus, quum obseruare tuam celsitudinem fandimus in omnibus Illyricianis partibus, vi non exinde diminutio aliqua dominii inferatur. Tua igitur gloria que nobis visa sunt per hanc legem diuinam significantem effectui mancipare fiet, multa immixterat decem librarum, aut qui ea violauerit, aut conceperit violandam. Dat. Sub ill. 1. A. Iustini consule.

24. Ut mutationes in suo statu sient.

Re publice permutationes etiam vel comparationes sine competitiones cum publico factas vique ad aduentum scelerat membris Totilae in sua firmitate firmamus, si tamen nulli aliquid alio possidente competit.

25. Ut fabrica publica serueratur.

Consuetudines etiam & priuilegia Romanorum ciuitatis vel publicarum fabricarum reparations, vel alio Tiberino, vel foro aut porci Romanis sue reparations foriarum concessa seruari pricipimus: ita videlicet, ut ex hisdem tantummodo titulis, ex quibus delegata fuerint, præstentur.

26. Ut per negotiatorum coemptions.

Super huc cognouimus Calabria vel Apulia sprouincie possessoribus pro coemptionibus non inferendis superindictum titulum impositum esse pro vnaquaque millesia, unde coemptions per negotiatoribus annis singulis exerceri, in presenti vero negotiatoribus specie coemptions recusat, tam prantes tam superindictum titulum, quam coemptions onus sprouincie possessoribus imminere, cum abunde mercatores sint, per quos possit exerceri coempius: fandimus magnitudinem tuam hinc examine, si possibile sit per negotiatorum species comparatas inferri, collares sprouincie nullatenus praegravari, cum superindictio titulo semel eis imposito, coemptions etiam onus inferre sit impossibile. Dat. Die, anno, cons. SS.

27. Ut qui voluerit ad prefacionem Imp. navigare, non impeditur.

Viros etiam gloriissimos ac magnificos Senatoribus, sive quocumque impedimento venire concedimus, nemine prohibendi eo-habitu licentia, ne Senatoribus nostris vel collaboribus debitis introitus quadammodo videatur excludi, sed eti am-

ad Italiam prouinciam eundi eis, & ibi quantum voluntari tempus commorandi pro reparandis possessoribus aperimus licentiam, cum dominis absentibus recreari possent, aut competit? meret? cultura? difficile sit. Quod igitur per hanc diuinam pragmaticam fandionem nostra facit? eternitas, magnitudo tua modis omnibus effectui mancipare contraria solutum est, ex eo quod apud partem alteram invenitur aliud conscribi iubemus, & parti datur, cuiusvis instrumenta perierint, ut competenter possit habere cautelam. Sed & si quis instrumentum alienum sive ipse tollendo, sive quocumque casu invenientur maligitate vel incendit, vel abscondit, aut corruptit, aut quocumque modo habere desierit, tunc quanti interest, ei qui ad cuius iura instrumenta pertinebunt, qui dolum fecit satisfacere compellitur. Dat. Die, anno, & cons. SS.

DE A S C R I P T I T I I S E T colonis.

Imp. Iustin. Auis Dominico prefec.

Docuerunt nostram serenitatem Lygdunensem habitatores, & hoc nos docuerunt, quia ante proposuit legem per quam iustissimus adscriptios vel colonos coenamensibus se liberis mulieribus procreare filios ad similitudinem liberorum, & ex hoc deuenienti fundos & eorum functiones, precedentibus agricolis, velut ex vetero procedentes, ex hoc corrigeantur fandimus, secundum veterem legem de adscriptiis & colonis constitutis agricolis, quod nascitur adscriptius & colonus in fieri, sed si sola fera mulier libera constituta cum procreaverit filios tunc ergo millo modo patimur azi ex hoc penitus liberum vterum, vique talis mulier tali viro sociata fuerit neque adscriptius, neque colonus, in hoc tantummodo calo obtinente lege. Sancimus ergo generaliter legem, ut qui ex adscriptio & colonio natus est, patris naturam sequatur. Sic ergo & indemnitatis fisco collaboribus erit PC. In his ergo medentes presentem dispositionem dispolimus, quum obseruare tuam celsitudinem fandimus in omnibus Illyricianis partibus, vi non exinde diminutio aliqua dominii inferatur. Tua igitur gloria que nobis visa sunt per hanc legem diuinam significantem effectui mancipare fiet, multa immixterat decem librarum, aut qui ea violauerit, aut conceperit violandam. Dat. Sub ill. 1. A. Iustini consule.

CONSTITUTIO IUSTINI IMPER. de filiis liberarum, in Africani directa.

Imperator Cesar El. Iustinus, fidelis in Christo, manus maximus benefactor, Alamanicus, Gothicus, Francicus, Germanicus, Anticus, Vandalicus, Africanus, Pius, Felix, Iulianus, viator ac triumphator, semper Augustus, Theodo.

Dicitur no[n]que pro utilitate rei publice subtiliter cogitantes, illa properamus renouare quanta in locis opportunitis sunt necessaria, & maxime pro tribus atque redditibus, sine quibus impossibile est aliquid agere proprium. Suggerit autem tua magnitudo maximam partem possessorum Africani proximis precibus suis intimare defolati agros remanisse, cum diuina lex promulgata sufficiat constituens creatos ex libera matre & adscriptio marito, liberos esse, quod contrarium est legibus antiquis: cum illa manifeste decreuerit ialem solem adscriptitiam esse, ex hac enim licentia filij adscriptiorum, predia in quibus natu sunt, dimittentes, & alii habitantes locis tam-siccum quam dominos prædiorum minuere, & hæc dicentes supplicauerunt corrigere hoc capitulum apud illam prouinciam, sicut & pater noster prædictæ legislatoris in Illyricianam prouinciam fecit, constituent filios qui nascuntur ex libera matre atque adscriptio patre,

patre, liberos esse cum suis rebus, sed tamen colonos, vt non licet terrulas vbi natu sunt relinguere & alienas colere. His igitur nostræ serenitatem suggestione tua relatis necessarium esse perspectivæ possessorum subiectos nostros, atque functiones publicas adiuuare. Vnde fandimus in Africana prouincia filios ex libera matre & adscriptio patre produclos liberos quidem esse, & res proprias habere, in ordine tamen colonorum esse, & non posse eos dimittere predia in quibus natu sunt, & excolere aliena, sed vicos ipsos in quibus orti sunt, cum libertate colere, sic etenim nec sicut nec possessor Lediatur, neque predicti immuniuntur, terras vbi natu sunt excolentes. Theodore patens carissime aquæ amantissime. Quod igitur per hanc diuinam pragmaticam fandionem nostram faxit extenuatus tua magnitudinis quam qui post te candem administrationem adepti fuerint, vna cum officiis suis effectui mancipare obseruare regue procurant. Dat. Kal. Mart. Cons. Imp. Dem. N. PP. Aug. Iustini. V. Iudicione tereti. Et subscriptio imperialis. Vale Theodore patens carissimi aquæ amantissime. & Quætor legi. Dat. Kal. Mart. Cl. In pr. Dem. Nolli. Iustini PP. Aug. anno v. post conf. eiusdem domini usque anno secundo.

S A C R V M · P R A G M A T I C V M · T I B E R I

rij Augusti de confirmatione constitutionum Iustini Imperatoris de filiis colonorum & liberarum.

In nomine domini Iesu Christi.

Imperator Cesar Flavius Tiberius Constantinus, in

Christians, maximus, beatus, & El. Nat. Tib-

erius, Mauritius, felicissimus Cesar, Alamanicus, Get-

alicus, Fræne, Germanicus, Anticus, Alanicus, Vandalicus,

Africanus, Pius, Felix, Iulianus, viator ac tri-

umphans, semper Aug. Theodore.

Consumendum & peculiare nostræ mansuetudinis Creedium, necessitatibus subiectorum nostrorum imponere cupientes, suggestionem viri beatissimi Publani, antititus Kartaginensem ciuitatis & possessorum eiusdem Africanae proconfularis prouincie, libenter suscepimus, per quas pragmatice fandionem Iustini diu memoris patris nostri pro conditione subiectis ab adscriptio patre & ingenua matre ad Theodorum tunc praefectum tuum agentem ante tempus emissam firmam illibatque nostris criam adfatuibus constituti supplicaverunt, & cultura terrarum permaneat nulla legem vel machinatione & ab ea separari valitura. Consilientes itaque conlaboribus Africani tractus, fandimus eandem pragmaticam fandionem, & eius dispositionem, omnibus modis ex quo data est, suas vites habere, & incertam ei autoritatem uniuersi dominis terrarum opitulari, & liberi procreari à matre iugenda & patre adscriptio vel colono rusticatem paternam cognoscere, & operibus suis confutos reditus his quibus suppliciis sunt, submissi, & decessor quidem condicione alieni, ipsius autem cepitis vbi natu sunt, recedere, & in aliis quibusunque locis degredi non permisimus, Theodore patens carissime aquæ amantissime, illustris igitur & insignis autoritas tua hanc pragmaticam fandionem in eternum valitatem edicis propositis omnibus habitatoribus Africuarum partium innocentia, ut omnibus pacatis, quem pro utilitate eorum prouidentiam gerimus. Et subscriptio imperialis.

Dissimilares sunt per multos annos parentes eharissime aquæ amantissime. & Quætor legi. Dat. XII. Id. Aug. C. P. Imper. Domini nostri Tiberij Constantini D. Aug. Ann. illius, & P. C. Eius anno tertio, & R. Nolli. Tiberij Matr. Feliciss. Cesar. Junio

primo.



IMPERATORIS LEONIS AVGVSTI NOVELLÆ CONSTITUTIONES: AVT, Correitoria legum repurgationes.

HENRICO AGYLEO INTERPRETE.

PRO OENIVM.

E R V M humanarum rerum cursus, velutique rectius quidam xflus, dum sursum deorum omnium vertit ac voluit, & multa quæ recte constituta efficiuntur peius commutat, permuta item obliuione obruit: ut perinde ac si in rerum natura vita nunquam essent, incognita sunt: non mediocrem ille laborem inuitat, has profundo silentio regendos, in illis vero ut inter se se dissimilant efficiendos, idque alias, dum illi ipsi qui illas tulerunt, in priore sententiæ ac voluntate non persistunt, verum tamen ibi ipsi contradicunt: alias etiam, dum posteriores modo confutidine, modo lege illis contraria sustinent: ut hinc confundi leges, nec exiguum rebus mortalium inferri detinuntur, contingat, alii cum aliis communatis, talorumque instar huc illuc temere voluntibus. Illas itaque res, ex quarum tranquillo & imperturbato latu salutis reipublicæ dependet, in capitulo

confusione perturbationeque versari indignum neglectu rati, quā accuratissima legis inspectio ne ac consideratione dignati sumus: & quas obtinere coniubile fore animaduertimus, illi selecti, scripto Imperatoris nostra maiestatis decreto in republica authoritatem confirmauimus: ut que controversias dijudicare, insuper etiam scutumus: quas vera vires iudicavimus, harum nonnullas in perpetuum silentium coniecas, decreto & ipsas a legum honore atque ordine exulare iussumus: quarum autem nullam prorsus mentionem fecimus, has etiam hoc ipso quod eorum non memorimus, iuxta atque illas in exilium eiecmus, Denique quoniam & inter receptas consuetudines nonnullas ratione non defitit, taliisque quales prudens aliquis non contineat, vidimus has quae legis prerogativa honestates, ex inscriptis consuetudinis statu ad legis imperium atque honorem eueimus. Quoniam ergo hæc ita à nobis comparata sunt, sciat quisque, quod quæ leges per scriptum Imperatoris nostra maiestatis decreto authoritatem nactæ, aut quæ consuetudines legis dignitate honorate fuerint: hæc & in republica obtinebunt, & controversias in se suspenſas habebunt, que autem ab illis in contrarium vergunt, aut mentione sempiternam illis taciturnitatem iniungente citrâve hanc etiam, ut quæ cum despiciat ciuitatem conditionis sint, eadem decole dignæ habentur, vero delincet & reicit & à republica exulat atque extores erunt.

QUOD VNV M QV E M QV E, QVI IV dicandi prerogativam accepit, quemadmodum legalium capitulorum quibus habitus defectus statuerit, dirimere controversias oporteat: quæ vero inter reprobata habita sunt, ut ex illis nulla licet ambiguitas diffidetur.

CONSTITUTIO I.

In nomine eius qui uniuerso humano geniti salutares leges iusti Christi veri Dei nostri, Imper. Caesar Flavius Lop. f. s. scilicet, inclitus, vitor, triumphator, omni auxiliabilitate, Augustus, fidelis Rex: Styliano illustrissimo faciente nostrorum officiorum magistri.

Celeberrimi illi inter imperatores nominis Iustinianus, quum animo esset erga rem publ. & optimo, & eius utilitate studiosiss. velut filium quamdam, constitutiones in Romano Imperio inde ab initio usque ad suam extatam diuersitatem temporibus editas accipiens, quod bene de subditis mereretur, industria & laboribus suis opus admiratione dignum vniuersarum nempe legum illam incorporationem, summa cum contentione efficeret. Si quid contraria aut inconveniens appareret, repurgavit: ex quibus vero compositum republica ac decorum statum exiturum cederet, hæc in vnum contextuit, atque velut in artem aliquam informauit, quaque in vna iustitia libra, à qua iustum & iustus & iusto discernetur, constituit & collocauit. Atque (vt constat) vbique est pulcherrimum, ut ne quid nimis. Quum nanque in multis partibus diuina legum substantiam ac materiam in vnum corpus tanta cum laude coagmasset, præterea etiam quæ legalis regiminis ordinem ac convenientiam (ex numero labefactantem, in concordiam redigisset), itaque quod ad hæc soli omnes sententiae ferendæ essent, in vnum condensum iudices compulserit, oblique ad pacificum iudicandum, legalibus capitulis in tranquillo & ab omni contentione libero statu constitutis, inter le conciliafuerit, his ille non contentus, sed præstans quippiam in reipublica gratiam postmodum confitentes cogitans, imprudens iis, quæ postea statuit, primum opus euerit: neque alterum uituperationi nos ob noscum fecit, quoniam ex posteriori ipsius

instituto non paucæ aduersus prius suscitare contradictiones & controversias sint. Atque ad hunc modum ipse Iustinianus à seipso vitium passus est. Certe quidem quum vñque ad hodiernum diem nunc ex recentioribus fandionibus, nunc ex inscriptis, & non aliunde quād quod multitudini placeant, authoritatem p̄r se serenibus consuetudinibus primula ab illo tempore innovata sint: parum abest, quia res legalis proflus turbata confusa sit, & communis vita negotia sursum deorsum subtiliter feratur. Quapropter quum liquid aliud, hoc certè quod spūiatrice nostra industria & cura necessario potiatur dignum sit, tractatum insuper & consuetudinibus quæ ad rerum gubernationem deuenientem, diligenter excusis legum inter se contradictionem sustinuit: qui quid adversari & ad præsentem rerum constitutionem rationemque illicitum esset, huic legalem autoritatem abrogantes: quæcumque vero consuetudines non male neque noxie de rebus constituerentur, has non amplius inscriptas & negligebas consuetudines manere siuimus, sed ad legi vim ac potestatem extulimus alibi autem & ad securitatem quiddamque prædictis spectantem, ac ceu iustitia penitus oblita legem, ad suum decēntemque modum legibus debita cum æquabilitate contrahimus. His itaque hoc pacto dispositis & constitutis, omnibus quibus iustitia trutina commis- sunt, & magistratibus & iudicibus mandamus, ut quæ leges ab Imperatoria nostra maiestate à legali solo exulare iussæ sunt, has inuitiles iudicantes, deinceps in omne & uum recessi finant: secundum relata scriptas atque veteres, & quæ haud ita pridem à semper memor patre nostro, atque nunc à nobis selectæ aut late sunt, controversias diuidications suppeditioni, neminiisque proflac ad aliquam à legali autoritate exterminata iuris speciem declinare, neque ad consuetudinem quamquam, quæ accepta prerogativa, pro eo quod coniunctio effet ac diceretur, ad legis maiestatem & honorem à potentia nostra subiecta non sit, recurrete permittatur.

VT QVI CAETERA SECUNDVM SACROS diuinosque canones episcopali dignitate digni esse probatur, si liberi ex legitimo matrimonio illi sint, ob illos in consequendo honore nullum impedimentum sentias.

Alius.

VT QVI ALIO QVI PRINCIPÆ Sacerdotio digni est, si legitimi illi liberi sint, non impeditur illum consequi.

CONSTITUTIO II.

Idem Imperator Stephanus sanctiss. Archiepiscopus & Patriarcha uniusfæsi.

Qum sacrofanci diuinique canones, & quæcumque alii de sacerdotio ac episcoporum creatione stanere, in optimum numerisque omnibus plenum editi sint modum (& quidem quomodo illi non exacte) perfectè editi sint, quoniam divina inspiratio in authoribus efficiat operata sit) mirati subit, quoniam nō veriti nonnulli sint, sacras diuinæque leges, tanquam illæ absoluere non essent, promulgatis alii legibus abrogare. Etenim quoniam sacri canones, quibus locis de episcoporum, creatione prescribunt, statuant, eum qui ex legitimo matrimonio liberos habeat, si modo in reliqua vita ratione nihil impedimenti sit, ad primarium sacerdotium promoueri posse: hi in contrarium statuentes, autem, et qui liberos habent, tametsi legitimè coniugij minus sint, ad Episcopalem dignitatem evadant, suo impedimento non vacare. Quod idco fortasse in animum inducerat,

xerunt, quod istiusmodi affectione quadam erga liberos (quid enim quis aliud dicat) sacras facultates obliuus videatur. Verum non recte sece illa ratio habet. Sic namque nec fratribus aliisve cognatis superstitionibus accessum quisquam ad Epilicetum habere: siquidem & ad hos sanguinis propinquatus affectio respicit. Quin & hoc prævidentes diuini canones, fecerunt episcopis potestatem, ut si ipsi pauperes cognati essent, illorum inopiam ex sacris facultatibus sublevarent. Nostra igitur Imperatoria quæ ex Dno est maiestas, si nō datis diuini, institutæ, id longe convenientius fore animaduertens consonat illis profert legem, et quemadmodum ipsi videat ad primarium sacerdotium promoueri posse qui illo honore aliqui digni sibi tametsi liberi ipsi lege tamen honorati sint: id ita licet: & quidem ita centens, ut à lege quæ contradicere aucta fuit in auctoritate poenam perpetuum in futurum exigatur silentium.

VT QVI SACERDOTES CRÆANTUR sicut secundum Ecclesiæ ritus, ea lege creantur, ut omnem deinceps vitam celibatem agant: aut si matrimonium contrahere velint, prius id faciant, ac deinde ad creationem procedant.

Alius.

QUOD ANTE INEVNDVM SACERDOTIUM matrimonium contrahi debet.

CONSTITUTIO III.

Idem Imper. Stephanus sanctiss. Constantin. Archiepiscopus & Patriarcha uniusfæsi.

Qum decenter inde ab initio de iis qui faciendi Deo sacris digni essent, ecclesiasticus ordo confiuerit, non recte meo quidem iudicio qui præsentis temporis consuetudinem sequuntur, interdum ecclesiasticam traditionem contemnunt. Nam vbi illa mandat, ut qui creandi sacerdotes sint, aut per omnem vitam, si promissum non falsum fore fidant, celibatum voleant, aut si illum seruare impossibile ipsi videatur, legitime matrimonium ineant, ac deinde diuinum ministerium suscipiant: consuetudo quæ in præsenti obtinet, iis, quibus matrimonio coniugi in animo est, concedit, ut antequam exorem duxerint, sacerdotes fieri possint, & deinde biennium ad perficiendam voluntatem iungi matrimonio, volentes præstutui. Id igitur quia indecorum esse videamus, iubemus, ut ad vnu ecclesiæ & antiquitus traditum præscriptum deinceps creationes procedant. Neque enim dignum est, ut qui spirituali ascensi supra corporis abiectionem & fortes erexit sint, hi tursum ad carnis fortes delabantur: sed è diuerso, ut diuinum ministerium ex corporis foribus tamen in aliud aliquem gradum confundat, convenientius fuerit.

VT NON MODO VNIIVERSALIS Ecclesiæ sacerdotes, verum etiam qui ad quæcumque sacram zelum pertinent, si in hoc cœntur licet sacra mysteria expondere, diuinumque cultum celebrare domi priuatæ possint.

CONSTITUTIO IV.

Idem Imper. Stephanus sanctiss. Constantin. Archiepiscopus & Patriarcha uniusfæsi.

Placuit veteribus, ut quæ sacrificia & communiones in priuatæ tñibus sunt, ab illis sacerdotibus, qui ad generales Ecclesiæ pertinent, solis celebrentur: ab aliis vero qui alicui aliis sacra zeli additi deierunt, priuataque vita in statu sunt, ut nullum neque officium neque sacrificium perficiantur. Atque hoc quidem ut statuerent, religionis conservande causa, in mentem illis genitæ vide-

tur, quo videlicet (vt conspicere est) dum nonnulli sacerdotij pretextu lethale defectionis malum teneant, vñ non veniat, vt qui profani sacrificij participes fuerint, longe magis contabentur quam expientur. Qui profecto eorum qui istiusmodi religione cautionem excoxitur, propositus satis hoc ipso nomine quod sacrofanci fidei stabilitatem adiuuerteret, simul laudabilis, simul commendatione dignus est. Veruntamen quatenus se firmatæ allatuos existimarent, extenuit illam ex lege promulsa atque se exendiisse non video. E diverso vero subinde illam ipsam legem religiosis & diuini ministeriis operam nauantibus etiam aduersari conspicitur. Ut autem pollutus sacerdos, qui notus non est, pollutus sit inquinatio, aliquem participem faciat, verisimile fortasse est aliquando id euenire. Verum non ita, ut semper & omnino tale quiddam contingat. Quis enim animo tam facilis est, neque omnia promulgata habet, vt quem non norit sacerdotem, neque cuius religionis, neque quibus moribus sit, hunc ad sacrificandum aduocere? Rursum vero qui defectionem moluntur, temere sacra profanante faciunt, ne illi cum alienis ab impunitate conuenient agere non velint. Ut unde stabiliri lex videatur, non inde quemadmodum existimat sit, stabilitur. Tunc & religiosis in multis utilitatibus consequendis eandem impedimenta esse compertur. Siquidem cum diuina gratia in omnibus ferè omnium non modo potenteriorum, verum etiam tenuiorum dominibus sacraria Deo eresta sint, & vero sumptus reliquaque ad rem familiarem necessaria sacerdotibus ab omnibus similiiter suppeditari non possint: evenient propter legem, vt (quemadmodum dixi) qui teñores sunt quam ut priuatum sacerdotes suscipere possint, per seipso diuinorum mysteriorum expertes manentes, & sacra delubra, quæ in illis sacrificia fieri debeant, his defrumentur. Quin verisimile etiam est, nonnunquam defunctorum memoria instant, ob defecum sacerdotis præsentem memoriam diuinum facto sacrificio elabi. vt inde & qui hic vivunt, & quos altera vita tenet, verisimile nos exiguum obnamen. Statuimus igitur, ut non solum generalis ecclesiæ sacerdotes, sed etiam qui ad quæcumque aliam sacerdotum domum pertinet, quibusunque cuiusque domus dominis sacerditali accessum ad sacra oratoria & sacrum rerum functionem dare voluerit, in quibuslibet zibibus sacrificandi, Deique arcana enarrandi facultatem habeant.

NE QVIBVS, POST QVAM MONASTICÆ vite institutæ subierint, facultates superpetuae, in vnuersum hi de illis restari prohibentur: sed vi si, quo tempore monasterium adierunt, in quidquid contulerint, in illorum postestate sit, vt quemadmodum velint, de iis qui sibi postmodum pararunt in plenum alem etiam testementum condant: si vero nihil ab initio invenientur, rum ut deesse statuendi facultatem habeant: monasterium autem alteram partem sive trientem accipiunt.

Alius.

VT MONACHVS DE ACQUILITATIS testari possit.

CONSTITUTIO V.

Idem Imper. Stephanus sanctiss. Constantin. Archiepiscopus & Patriarcha uniusfæsi.

Quoniam de monachorum bonis quæ post scriptam vitam monasticam coacceruissent, per seipso nobis vna cum Dei amantiss. sub prie maritis sacerdotibus dubitare te (s) diuinum, & vt mundo præluceras, in magno ecclesiæ figuramento.

principe lumine collocatum lumen) dixisti, an constitutione facta monachos istiusmodi bonorum dominos designari oportet, an vero ipsos ab illorum dominio arceri conuenire: nimur quod tanquam nubes, quæ istinc ambiguitas exsilit, rationis radios, quo minus perspicue ea res diuidari possit, subeat & obfuscet: quoniam (inquam) de locis dubitantes variis nos postulationibus ad huius rei considerationem vna vobiscum suscipiendam hortarieris: nos, vt in aliis, ita & hic sacerdotalem tuam dignitatem venerantes, ad satisfacionem petitionis tuæ accingimur. At illa quidem primum à nobis dicantur, quæ à veteribus de illis qui se iam in monasticam rempublicam aseptib volentes, constituta sunt: illis nempe de rebus suis prius testandum esse, ac deinde ad concupitum virte institutum procedendum, nec dispositionem rerum suarum virte mutatione anticipandam. Nam si hoc ita euensi est, non amplius ipsi iam sonis ut de rebus suis quicquam statuant permittendum esse, omnemque substantiam, in qua ecclesia tonsi sunt, illi celsuram. Quid sane de iis qui vitam monasticam iam subierunt, decretum (exira quia liberi qui hereditatem petant, supensis) & optimum, & ita, vt nemo possit melius, constitutum est: cum nec addi nec adimi illi quicquam queat. Etenim qui ante mutam vitam rationem, quæ bonorum dispositionem in arbitrio suo possum habere, de illi statuere noluerit, merito postmodum id facere prohibetur, vt qui se ipse in has angustias conicerit. Propterea enim quod quoniam ipsi esset pro dispositione rei sua testamento noluerit, eius postea facient facultatem, tanquam ab ipso damnata, sibi adiunxi, id vero iure longè optimo sustinet. Extero quinetiam, quomodo non absurdum fuerit, si qui se ab huius vita curis se iunxit, illarum adhuc onus suffera, indeque promanante molestia prematur? Liberos igitur qui in monachorum numeri adscriptis est (quemadmodum dixi), quando non habet, non proficit hoc decreto alteri cedat. At si liberi superint (non enim tunc illos propter parentis silentium, damno affici fas est) non omnino testamenti ordinacionem monasticus habitus impedit, sed manifestum est quod de liberorum portionibus restari poterit, quæ illis aquabili legitimâ diuinae attribuuntur. Quæ vero pars ad ipsum respicit, in ea testamenti factio deficiat: quippe quæ integræ ad monasterium pertinet. Ceterum si mortuam (vt multi sunt rerum humanarum casus) subito superueniens rerum distributionem intercipiat, neque tunc quidem quæ liberis succurrat dispositio omnino continebit: sed secundum dictum modum, quæ ad illos pertinent legitimâ ipsiis fure separabuntur: residuum autem inviolabit monasterium. Atque hæc quidem de lice facultibus, quæ ante suscepit vitam monasticam habuerit quicquam. Veroni de quo paterna vestra beatitudine prodire decretum petiit (de iis nimis rebus quæ post monasticæ vitæ susceptionem accesserunt) de eo statimur, vt inde ab eo tempore ex quo monasticæ vitæ rationem suscepit, consideratione procedente, quæ postmodum ab ipso comparata sunt discernantur. Non enim quod qui à profana vita ad monasticam transit, nisi prius testatur, testandi postmodum facultate priuatur: video & de iis quæ postmodum conquiserit, quicquam statuere in viuenterum prohibetur. Illis namque iure testamento factio priuatur: quia quoniam ipsi in profano statu res adhuc tractati aliquid contingeret, integrum esset, eo ipso quod id non fecerit, se ipse in has angustias circumcluserit, hic vero nihil simile est, vt quisque aut à seipso, aut ab alio prohibeat. Quid si quis dicat, hoc solo nomine quid monachus sit, monasterium omnis esse perceptum: haud scio, si illiusmodi quæ monachos deceant, statuat. Primum enim an qui homines opum contemptu proficiuntur, hos ita illas

